

A IN ITALIA.

In ipsa alna urbe Roma non una. Virginis Deiparæ imago miraculorum splendore coruscet. Plures enim in ea Basilicæ, Oratoria, Sacella Virgini dedicata, in quibus Imagines illius prodigijs, & admirandi Dei operibus intercessione Genetricis Filii sui patris pia devotione videntur.

Præter enim Ecclesiam, quam S. Mariæ Majoris nominant, de qua sub Titulo Feslivitatum pleraque nobis sunt dicta, & aliam, quæ S. Mariæ trans Tiberim nominatur, cujus infra sub Titulo Locorum Virginis cultui dicaturum mentio incidit, est alia in Montis Capitolini vertice vulgò S. Maria in Ara Cœli nuncupata, ob Aram illam, quam Augustus Cæsar, Apollinis monitus oraculo, Ignoto, ab illa tempora, Deo, Christo Jesu, in hunc mundum brevi nascituro, in palatio suo, ubi nunc est Ecclesia, cum hac inscriptione, Ignoto Deo, protinus collocavit, quæ hodierno ad huc die cernitur, in absidie templi sinistra, è cuius regione, medio in altari, alia Virginis Matris, à S. Luca depicta, non minus quam illa S. Mariæ de populo, ejusdem artificis, tot resplendescit miraculosis beneficijs, ut numerus vix valear iniri.

Non ita procul inde, occurrit Basilica S. Mariæ in Via Lata, S. Pauli hospitio nobilis, ubi unâ cum S. Luca discipulo suo, biennio toto, ex conditio habitavit. Ibi complures, ad varios epistolâs scripsit: Ibi verbum Dei Judæis, & Gentibus prædicavit: Ibi Christus eis visibili specie apparuit, & contra imminentes aduersitates roboravit. Ibi S. Lucas Apostolorum acta compilavit: Ibi virginales imagines, quorquor in Urbe, & alibi, ut plurimum, inveniuntur, singulari Virginis amore inflammatus delineavit, & coloribus illustravit, quam unam, digito annulum gestantem, innumeris, ut olim, ita & modo Miraculis excoltam, hospitio veteri, gratæ memoriæ ergo reliquit. Et hæc est, quæ S. Mariæ in via lata titulo insignitur.

Nec omittenda, S. Maria in Porticu, propè Theatrum Marcelli. Erat hæc domus olim, S. Gallæ viduæ Symmachi Patrici, quem Theodoricus Rex Arrianus interfecit, piensissima filia, quæ post unum, à primis nuptijs, annum, defuncto marito, quidquid fanitatis, & prolongandæ vitæ causi suaderet, à medicis, amplius nubere, & ad secunda nolens transire vota, foli Deo vacans, duodecim quotidie pauperes alebat. Quadam ergo vice, dum pauperibus inferuens, cum illis infimul pranderet, Angelica manu Sapphyrino lapidi infulcata Virginis matris, Christum bajulantis aureis lineolis, miræ radians imago, in ejus gremio reponitur. Attonita illa cœlestis donum miratur, & insolito perfusa gaudio, S. Joanni Pontifici, postea sub eodem Tyranno Christi Martyri, protinus ostendit. Sed ecce miracula miraculis aucta, & cumulata. Eodem momento omnes Urbis campanæ, nemine pulsante, ubique personant, & pestis, quæ Urbs jam diu populabatur, illico dispellitur, & fugatur. Eadem imago, dum Calixto III. Ecclesiæ clavum moderante, sevissimè pestis grassaretur, in publica processione circumlata, quatuorque plateas attingeret, ibi contagionem exterminabat.

Idem patrum nostrorum memoria factum, sub Adrian. VI. ubi sub eadem supplicatione, impius Judæus, Virginis simulachro, versa ad dorsum facie, nequit illudens, ita obrigit, immobilisque remansit: Judaica quoque mulier, similis facilius recra, illo eodem momento, oculorum lumen amisit, ut alia propemodum infinita hujus gemmæ imaginis prodigia taceantur.

Plures præterea per Italiam celeberrimæ imagines Deiparæ ab alijs memorantur, inter quas non minimum locum sortitur ea, quæ Constantinopoli translata, juxta Bononiam in monte Guardia servatur, de qua nonnulla Titulo sequenti, uti & de alia, quæ Florentiæ miraculis claret.

Sed, & in ipsijs Tridentinarum Alpium faucibus, prope vicum Civitanensem, elegantissimè structuræ Ecclesia Virgineo nomini sacra cernitur, in qua imago ejusdem Dominiæ nostræ aservatur, non solum admirandis in miseris mortales beneficijs, verum etiam cœlesti quorundam allocatione nobilitata. Miraculorum autem frequentiam, anathemata, quæ vororum rei è tholis, & arcubus ibidem suspenderunt, facili conjectura quis assequetur. Et nec eo loco hodierno in diem, benefica manus Virginis ab opere conquiescens, exspiravit.

In Tremitana Jonici maris insula, vetustissima Virginis imago est in honore, ad quam, sicubi maris in tempestatibus, naufragij periculum metuens, Epibatæ, votivas peregrinationes promittant, sursum fluctum motus, & procellarum impetus, atque fragores compescunt, vitæ discrimina mitigantur, terribilissima omnia illico propulsantur.

IN HISPANIA.

Notæ sunt complures in Hispaniæ Regno miraculosæ Virginis nostræ imagines, Casaraugustana de Pilari nuncupata, Guadalupensis, Montiferatensis, alia non paucæ omnium penè scriptorum elogijs illustratæ, quæ præter Hispanensis, primariæ ædis imago antiqua, nomine insignita, præcipuo nunc est in honore, nam cum iusto Sancti Didaci, mulier, cuius filius in elibanum ardentem semet precipitarat, ante illam pro filio orasset, non solum puer ab incendio plane illesus extitit conseruatus, verum tanta quoque cœlestium prodigiorum affluentia, postmodum ab ea promanavit, ut fama, ac nominis celebritate, & existimationis præstantia, omnes illius Provincie regnorum oras peragravit.

IN ALIIS PROVINCIIS.

Olim in Syria, & quidem in Ecclesia Sozopolitana, quemadmodum Gregorius Presbyter illius ævi scriptor literarum monumentum scriptum reliquit: inveniebatur eo in loco longè antiquissima, & ab Apostolorum temporibus, jam quidem summa veneratione culta, Virginis Deiparæ statua, quæ certis annis temporibus, olei cuscidam odoratissimi liquorem exudabat, quo peruncti, quoque morbo afflictaerunt, illico, & sine omni alio medicamento, convescebant.

Adamanus Episcopus, natione Scotus, è quo venerabilis Beda, omnium Terræ sanctæ locorum descriptionem est mutuatus, inter alios auctor est, eo ipso tempore, quo visitata Palestina, domum ipse rediit, ut in urbe Constantinopolitana, Virginis imaginem existisse, quam cum sacrilegus quispiam Judæus humano stercore, & ausu Diabolico, fecidissimo conpurcasset, & Christianus quidam vicissim, à fordidis ablutam emundasset, ac summa sedulitate absterfisset, ex omnibus ejus membris, & veluti poris, olei fudit guttatum emerit, quo delibuti, variorum morborum pressuris, angustias, homines calamitosi, eodem momento, pristina sanitate reddebantur.

De imagine D. Virginis Gaudiorum in Picardia, Vide Tit. sequentem, ubi etiam memoratur alio non minus illustris in Sabaudia.

Nec est, quod in Germania requiramus intemeratæ Virginis præsidia imaginum suarum cultoribus exhibita.

Habet Suevia imaginem S. Mariæ à varia ope auxiliatricis dictam, haud procul ab Augusta Vindelicorum in Campestribus Lyct fluminis.

Habet & Bavaria, præter Octingam, ubi celeberrima, & vetustissima Virginis Basilica, complura loca, in quibus imagines, aliaque monumenta sacra Virginis Deiparæ, insignibus quondam, & modo etiam, ipsius accedente interventu, in varios indignos beneficijs commendata. Videntur Ethalensis, Duntenhusana, & Ratisbonensis, veteris Capellæ, Cellensis insuper. Diva, in Austria, primas præ omnibus ferunt, ut alia præteream innumera, haud vulgaris famæ, loca ejusdem Virginis nomini honoris attributa.

De diva Virgine Eremitana in Helvetia, & Virginis Deiparæ imagine vetustissima, quæ in ara Basilicæ sancti pia devotione colitur, & hominum quotidianè concursu, tota potissimum ætate, frequentatur, non desunt haud dubie innumera scitu digna, & mira, quibus eo in loco à tot jam annorum centurijs, Matrem suam, Christo Jesu Opt. Max. Salvatori, placuit cohonestare, nec hodierno etiam diu è incredibilibus, eo in loco beneficijs, invisentibus domum illam Virginealem, exhibere desistit.

Unam hoc, inter memoranda illius, quæ Virginem Dominam nostram specietenus referet, imaginis benefica recenseret, quod cum Helveti Catholici, longè pauciores numero, cum Zuinglianis, Tigurinjs, & Bernatibus, Duce Zuinglio

Zuinglio, Hæresarcha illo pestilentissimo, pralio supra modum cruento, inter se dimicarent, visa fuerit à plebique Virginis imago splendida, & albicans nube convestita, Catholici exercitus aciem præcedere, & missilia, atque jacula, quæcumque ab hostibus intorquebantur, in ipsum validissimo confisu retorqueri. Ingens igitur edita Zuinglianorum strages ipomet Zuinglio Duce pariter interempto, paucissimis è Catholicorum exercitu desideratis.

Quæ de re, & alijs haud sanè paucis, quæ Parthenijs honoribus, haud parum infervitura censemus, Annales loci tam Germanico quam Latino idiomate concinnati, consulantur.

Imagines in Processionibus circumgestatæ.

Vide Processio.

LOCA B. VIRGINIS PATROCINIO

Celebrata.

Peregrinatio, & Votum ad ea ipsa: ac Miracula.

Quemadmodum nullus in orbe sublunari locus est, in quem non aliquas dotes Naturæ effudit: Ita nulla est in terræ ambitu Provincia, ad quam Fides Catholica suæ lucis radios non porrexit, quæ reperis in alijs etiam simulachrorum cultui dedicatis nonnulla, in qua non beneficiorum suorum munera Mare hoc gratiarum, Virgo inquam benedicta fuerit pleno sinu elargita, Ita ut serè ubivis terrarum certa loca suæ venerationi dedicata esse voluerit, quorum cultum celeberrima miracula illustrarunt.

Neque tamen ea nobis mens est omnia persequi, quis enim aut finis, aut modus? Panca, & eaque magis celebra dabimus. Nempe Laurantæ domus, quæ ca ipsa est, in qua Dei patens Angelico nuntio decorata, salutis nostræ aurorem concepit, ac nunc in Picenna summa devotione videntur admiranda. Montis deinde Serratis in Hispanijs, montis Sutydiæ in Italia. Halensis oppidi in Belgio cultum: & ad extremum, Africollis in eadem Provincia, ac aliorum insuper locorum stabilem devotionem brevi compendio trademus, & simul nonnulla beneficia adferemus, quibus cumulatij, qui hæc loca, & in his B. Virginem re, vel voto adierunt.

LAURETANÆ ÆDIS PRIMORDIA,

ET TRANSMIGRATIO.

Scriptis ex fide hujus rei historiam Horatius Turfelinus, ex quo desumpsimus, quidquid circa illam tradimus, ut qui sedulo & diligenter indicavit, quæcumque de ea typis mandavit.

Natalem B. Virginis domum Galilæa Syria regio olim habuit. Ibi in oppido Nazaretho illa genita, & educata est. Inibi ab ipsa æternus Deus Angelo pronunciatæ conceptus: & salutaria mortalibus Dei, ac Deiparæ vestigia impressa. Nec loci sanctitas, aut ignota pijs hominibus, aut neglecta unquam fuit. Omnium primum satis constat, eam magnum semper nomen, venerationemque apud Christianos habuisse: & ejus venerationis auctores ipsos fuisse Apostolos: ab his quippe Virginealem domum, seu prodendæ posteris memoriam, seu Christianæ religionis augenda studio, rite consecratam. Ex eo igitur tempore & ipsi Apostoli ingenti eam honore coluerunt, & ab alijs pari religione cultu voluerunt. Apostolorum inde auctoritas apud posteros valuit. Cæteræque deinceps ætates certatim cœlestis reginæ incunabula, Deique concepti vestigia celebrarunt, qua dignum erat religione, cultuque. Itaque anno post Christum natum circiter CCC. (quo tempore Christiani res, longa pace cuncta refovente, sub tutela Magni Constantini florere cœpit.) D. Helena Augusta domicilium Virginis D perlegantæ decoravit. Nam Palæstinam peragrans (ut Nicephor. tradit) eum loca divinis rebus nobilitata sacris ædibus adornaret, pervenit Nazareth, & salutationis Angelicæ domo reperia, peramanum inibi condidit templum.

Ex eo, non solum ab Asianis, Afrisique, sed etiam ab Europæis sacra illa loca solito magis celebrari cœpta: & natale B. Mariæ tectum cælesti nuncio, divinæque sobolis conceptu inclytum à pijs hominibus impensis cultum.

AMISSO CULTU IN GALILÆA, POSTQUAM

SUB SARACENIS, ET TURCARUM TYRANNIDE TOTA

illa Regio genere cœpit, divina virtute in Dalmatiam asportatur.

Cum neque ab indigenis, neque ab exteris populis debitum sacrosanctæ cellæ honos haberetur, non diu passus est Deus, sua, Matrisque suæ vestigia neglecta inter Barbaros jacere.

Eodem quippe anno, qui fuit suprema Palæstinæ cladis insignis, Deo dilecta domus è Syria pariter cum religione discessit. Author est Joan. Villanus historicus ejus ætatis sanè nobilitis, Aprili mense circiter medio anni M. CC. XCI. Ptolemaidem captam. Mense igitur infuquenti ejusdem anni, hoc est, VII. Idus Maii; Nicolao IV. Pont. Max. (ut Illyrici annales perhibent) Deiparæ Domus asportatur in Europam, cladem Orientis tanto Occidentis bono compensans. Sunt, qui fontes Joachimi Patris B. Mariæ spectantes, non tam domum ejus, quam cubiculum putent à cætera sejunctum domo. Me quidem haud penitet eorum sententiæ esse, quibus simul cubiculum fuisse, & domum Virginis, id est, tecti paterni partem præcipuam placet. Argumento est (ut de fidelium armorum taceam, quod inibi videntur) janua longe major, quam pro modo cubiculi à cæteris adibus separati. Nec Joachimi fortunæ movere nos debent. Nicephor. quippe Callistus tradit, Deiparæ Virginis parentes, propter bellicos Judææ tumultus, ex oppido Bethlemo avita sede, in Galilæam commigrasse: & Nazarethi domicilium collocasse. Sed si illud cubiculum, & domicilium Deiparæ fuit, certè ab Apostolis dedicatum, & in templi formam redactum Christiani deinceps excoluerunt, ornaveruntque. Hæc igitur ædes ejus vi, ac potestate, qui ad preces D. Gregor. Taumathurgi, montem olim sede sua moltus alio transulit, in gratiam calitum Reginæ à fundamentis avulsa est: atque haud dubio Angelorum ministerio, inde usque à Galilæa (mirum dictu, audirique) per ingentes terrarum, marisque tractus in Dalmatiam translata. Quippe id spatium patet amplius vicies centena passuum millia. Tersatum inter, & Flumen, (oppida sunt Dalmatiæ) tenet acclivis mons eminens quo in summo aquata agri planities sedem efficit permcenam, Adriatico imminente mari. Quod olim crebris fœdidique tempestatibus infame, ex eo tempore satis mitigatum, ferunt: credas Virginem infanos freti illius ætatis cella fuo obiectu cohibere voluisse, ut vel hinc coniceremus, quid ipsa effitura esset in mortalium vita, quæ varijs quotidie casibus, & quasi procellis agitatur. Hic igitur Nazarena domus, velut præcipua tutela periclitantium à cœlestibus ministris, Deiparæ iustitia, sita est secunda circiter nobis vigilia.

Ut primum divina liberalitatis domum accolis lux ostendit: enimvero animos rei novitate attonitos non admiratio tantum, sed etiam religio incesit. Ergo qui propius aberant, ut quisque primus rem notaverat, certatim visendi studio accurrunt. Adiculam conspicunt fastigiatæ, & simul camini culmine, simul sublimi tinimnabulo insignem: at nulla rem magis, quam vetustate visendam. Protinus limen ingressi profertur humi corpora: Deum venerari sacro quodam horrore pariter, gaudiosque perfusi. Inde orato Christo, Christianique parente, quorum simulachra cernebant, cuncta otiose contemplari, & perlustrare oculis cœperunt.

SACELLI DESCRIPTIO.

Sacellum figuræ quadrangulæ oblongæ, è vulgari structum lapide. Tectum perbellè laquearibus concaemeratum: quod modicis distinctum quadratis, carulæque colore obductum inauratæ stellæ, velut in cælo quodam intermicantes honestabant. Sub tecto laqueato eminebant undique è parietibus modica specie semicirculi ferè mutuo contingentes: quos medios pietæ adornabant capedines. Parietes cubitali ferè crassitudine, non ad perpendiculum, neque ad regulam exacti, loricati tamen opere tectorio. Huic superinducta antiquitus pictura ædis ipsius mysteria referebat: quæ supernè multis locis hodie manet, infernè temporis vetustate deluxit. Ædis longitudo pedum amplius XL. latitudo minus xx. altitudo circiter xxv. In medio ferè pariete, qui olim, ut reor, faciem obtinebat domus, janua satis ampla, sed à vulgari usu haud sanè abhorrens. Pro superlunari trabs rudis superjecta est. Ad levam armariolum miræ simplicitatis asservandis fidelibus aptum. Ad dexteram in proximo pariete fenestra non magna: è regione fenestræ caminus humilis, tenuisque opere, ut cætera, vulgari. Inibi sublime loculamentum columellis in orbem strictis latera cingentibus conspicuum: arcuque ejusdem operis, quinque junctas pariter lunas imitante fastigiatum. In loculamento B. Mariæ stantis, ac puerum Jesum sinistra manu medium amplexantis, dextera sustententis effigies cedrina ferè bicubitalis. Cujus facies electro argentum referente oblita, sed luminum infusata sumo. Cæterum illa ipsa infusatio antiquitatis, ac religionis index, impense augeat Virginalis oris majestatem. Gemmata corona sublimem distinguit verticem. Discriminaterines Nazarenorum ritu per nuda colli, & humeros flunt. Simulachrum stola

stola aurea tegit, latiore zona, gentis more, fuccincta demissa, que ad pedes. Pallia carulea stola superinducta pendet ex humero: utraque in eodem trunco celata, pidaque. Insuper materne dextra puer Jesus mortali specie agulior, cuiusdam mansueti indolem vultu preferens. Priores dextra digitos benedicentis in morem tollit. Sinistra aureum tenet globum. Et ipse discriminato capillo, tunica talari, zonaque Nazarenum habitum refert. Ante Deiparam effigiem, ara solido & saxo quadrato visitur spirans sanctitatem; Dalmata igitur cuncta per otium contemplari, et si quid tandem rei esset, ignari, communi tamen consensu ita statuunt, quicquid sit, profecto donum id esse divinum. Neque enim eadem illam repente humo excitatam, sed aliunde, Dei nutu, ac voluntate utique advectam. Igitur inde digressi, ut quisque obvius sit, ab se visa commemorant: Nec mora, mortalium plerique, atque in his agrorum nonnulli ad novum tante rei spectaculum conflueret: aliquid inde opis expectare. Nec sua eos spes fecellit. Loci religiosi corporibus mentis ferre sanitate, agris etiam morborum curacionem imperiebant.

ALIE TRANSMIGRATIONES SACRE EDIS.

Ceterum Illyricis breve gaudium fuit, nec diuturna doni possessio: nam nondum expleto quadriennio, Sacra Edes ex sinibus eorum cessit cum ingenti Dalmatarum luctu, & in Picenum advecta Recinetensem sylvam infidebat, quo tempore factionibus Guelforum, & Gibellinorum Italia scindebatur. Quasi enim pacem, & salutem allatura Virgo advenit, nocte in tempesta sub annum 1294. Inde post menses octo Angelica ore transfertur in verticem collis, quem a possessore duorum fratrum collem appellabant. Verum crescente populi devotione, & cultu, ut fratrum rara est gratia, inter se diffidere ceperunt, & emulamento quod commulata obveniebat, inhiare. Ergo non minus fraternalis discordia, quam latrocinia, que in Sylva Picena exercebantur offensa Virgo, immo Virginis filius, noluit diutius Ediculam, in qua conceptus, eo loci remanere, sed in alium collem versus mare eam submovit, ubi hodie religiosè colitur.

VESTIGIA LOCORUM, QUAE SANCTA DOMUS OCCUPAVIT, & DE ULTIMA MIGRATIONE NONNUNTA

Et extant his omnibus locis hodie haud dubia rei argumenta. Nicolaus quippe Franchipanius (ut supra ostendimus) novam Edem Nazarenam parem, ac geminam in iisdem vestigiis, ubi illa steterat, ab se extructam magnifico circumdedit templo, id templum S. Mariae à Testafo vocatur, vel veteri sanctissimi facelli memoria, vel novis miraculis nobilitate. Et in eo templo ad janam assimulata Nazarenæ Domus egregium Nicolai Franchipani monumentum hodie visitur, qui templi conditor pro sua erga natalem Virginis domum eximia religione proximum illius vestigiis sepulchrum elegit sibi, posterisque. Quin etiam marmorata inibi tabula extat perantiqua, tanti miraculi ad posterostestis. In qua incisum: Hic Est LOCUS, IN QVO OLIM FOIT SANCTISSIMA DOMUS B. VIRGINIS DE LAURETO, QUAE NUNC IN RECINETI PARTIBUS COLTUR. Hæc quoque verum auctores habeo, haud dubia fidei viros complures, qui mihi se vidisse narrent. Eo autem loco, ubi primum in Picenum delata cecidit, quamdiu sylva stetit (stetit autem usque ad annum faculi huius fermè lxxxv.) haud obsecra extiterunt Edes ablata, miraculique indicia. Quippe area, quam sacra occupaverat Domus, nitebat semper vernantibus herbis, floribusque, cum omnia circa densis obstita virgultis, ac sentibus horrent. Nec dubia res: Auctor est Hieronymus Anglica in Virginis Lauretanæ historia, quam Clemens VIII. Pont. Max. dicavit eo ipso tempore, cum hoc vestigium miraculo erat. Visebantur pariter cum area sanctiorum parietum solo impressa vestigia, sanctitatem, & quasi divinum quiddam spirantia. Id adeo ipsemet accepit à Raphaela Riera spectatissime fidei, ac religionis viro, qui Edis vestigia, atque areæ nitorem sæpius magna cum voluptate se spectasse memorat. Ceterum exciso nuper nemore, ac solo aratione delimitato, eximia illa arcentis ab imperito rerum agricola, & fossione, & situ olerum violata defecit. Itaque ad retinendam loci religionem, ab eodem illo Riera in ipsis vestigiis quoquo versus parietes paulum à terra sunt excitati, sive monumentum ad posterum, ibi olim Lauretanam stetit Domum, sive adversus pecudum, & rusticorum injurias munimentum. Vidi ego ipse, & inspecti locum, cum hæc ipsa licetis prode-

rem: animad verti parietibus illis aream includi, & longitudine, & latitudine Edis Lauretanæ usque quaque parem. Areæ porro solum, cetero circa solo simile, amissa insigni illa arcentis, quam habuerat prius, quam sanctitatem loci rustice temeritas violaret. Verumenimvero ita amittit arcentiam, ut recusat religionem. Hodie religionis ergo à multis visitur à pluribus etiam visetur, nisi vulgo ignotus esset locus. Olim quidem cum esset, sive ob insignem illam arcentiam, sive ob commoditatem viarum notior, adeo colari ignotus folebat, ut nemo ferè Lauretanæ Virginis Cellam se aditisse crederet, qui non illa quoque prima ejusdem Cella vestigia coluisset. Devius omnino est locus, atque avius: neque enim certis semitis aditur, & perito itineris ducopus est. Distat ab oppido Laureto mille ferme passus, eandem etiam à mari, non tam recta regione, quam per anfractus semitarum. Situs est inter montem Ursium, & Musionem fluvium pari ferè intervallo, atque in Lauretum, & mare. Vulgo Banderola dicitur, fortassis vesillo, quod olim ex arbore quapiam eminebat pariter omnibus conspicuum, ut sacra sancti facelli in nemore latentis sedem peregrinis venientibus, & navis præter eam oram navigantibus significaret. Cerè parvum vexillum Itali Banderolam appellant. Propter sacram aream, quam dixi, puteus ingens, qui perennes, & haurientes faciles subministrat aquas. Insolitam illam putei amplitudinem ad ingentis alicujus multitudinis, id est, ad populorum illic confluentium usum conditam sentias. In colle porro duorum fratrum obscuriora argumenta cernuntur. Namque is collis ad edificiorum commoditatem, oppletis conculibus, & aquatis, coadificatusque est, cum Lauretum oppidum conderetur. Locus tamen, aut loci potius vestigium monstratur. Extra privatam ædium parietem extat rudis quadam, meta instat turbinata particula excissi colli, tecto modico insignis. Id unum superest capta inibi, defertaque à B. Maria sedis indicium. Domus, ejus vestigium hoc adhæsit, non procul Pontificiarum ædium janua, ad dexteram ingrediendi sita, Laureti oppidi vel umbilicus est. Ac procedens inchoata Pontificiorum tectorum pars totam ferme illam regionem occupabit. Sed tum quoque (ut reor) aliquid relinquatur monumentum rei, locique, ne tam memoranda rei vestigium intereat. Ceterum incidit tertia hæc, & postrema migratio in annum à Christo nato M. CC. XCV. qui adventus sacra Domus in Italiam est consecutus. Operæ autem pretium est de admirabili ejus sicut cognoscere. Situs enim ipse sacrosanctam illam sedem non humana, sed divina profus arte, manaque locatam facillè declarat. Sita igitur est, si qua usquam, ad quatuor coeli mundi que regiones, ex Mathematicorum disciplina. Neque id solum, sed ex veteri citari SS. Patrum instituto, qui sacrarum ædium ad solis spectare ortum jubebant. Namque anterior paries, ubi fenestra visitur Angeli ingressa (ut ferunt) nobilis, ad occidentem latum vergit, posterior, ubi ara est ante B. Mariæ simulachrum posita, verum ferè orientem spectat, adeo quidem directè, ut per utrumque, æquinoctium, decem circiter dierum spatium, sol oriens post orientem, occidentem anteriorem aspiciat partem. Itaque sub occasum sol per eam, quam dixi, fenestram ingressus, ad B. Virginem vel vespertinus saluator accedit, quando matutinus esse nequit, obiectu parietis excludit. Id adeo etiam potest sacram Domum templo includam observatum ferunt, priusquam adventu templo facies Pontificiæ Domus obiceretur, ab occasu. Ceterum non dubito, quin ejus janua (perfecto deinde opere) patefacta, illud idem solis, Deiparam à templi aditu, per facellam fenestram quodammodo fulcantis, sit præbitura spectaculum. Sinister porro sanctissimi facelli paries ad septentrionem vergit, dexter ad merididm. Ac proinde Pontificiarum tectorum porticus sanè magnifica, ad meridiem versa (B. enim Virgo suæ Cellæ tunc Pontificiarum ædium velut præscriptus architecto) quotidie, cum ad verum redè recipit solem, meridiem haud dubium indicat. Hunc autem tum admirabilem sanctissimi facelli situm non casu occupatum, sed divino quæstium consilio, vel illud argumentum est, quod ipsa quoque sylva, eundem planè situm à B. Virgine optatum (ut egomet mentis observavi) vestigia, que extate diximus, satis ostendunt. Idem fortasse in colle fratrum accidit: nam ex obiectu vestigiis judicari non potest. Fontalis idem quæ in Dalmatia sedis usque venientibus enim comperit habemus. Sanè res ipsa consentanea est. Sacrosanctam quippe Domum duobus præcipua myseria ortus B. Virginis, & æterni Verbi conceptus insignem fecere: quorum ille ferè in autumnale, hic in vernum incidit æquinoctium. Igitur haud immerito eam sol per utrumque æquinoctium litrat, sic profus, ut vel illorum mysteriorum memor, & sub ortu & ante

& ante occasum Deiparam Virginem penè ambitiosè adire, & A quodammodo salutare videatur.

MIRACULA IBI FACTA. SANITAS PIO II. REDDITA.

Pius II. Pontifex Max. Callistus subsecus est, vir ingenio, & virtute clarus. Is Christianis regibus, ac Principibus non modo per literas, Legatosque, sed etiam per se in Concilio Mantuano sua præsentia, ac voce ad Turcicum bellum incitatis, ex itinere laboribus in longinquam, periculofumque incidit morbum, alienissimo Christianæ Reipubl. tempore. Quippe magna sacrorum militum pars, qui cruce insignes sacræ militiæ dederant nomen, Anconam Pii Pontif. iussu convenerant: jamque Pontificis ipsius ex composito præfolabantur adventum. Ceterum senile, laboribusque fractum Pii corpus alienissimo tempore ardens febris, molestissimaque ruffis adeo affixerant, ut non dicam iure, sed aspirare Anconam, ut constituerat, haudquaquam valeret. Damna igitur spe, atque ope medicorum, B. Mariæ Lauretanæ, dies egregium vim in morbis divinitus curandis, fama acceptas, implorat opem, non tam urgentis morbi, quam Anconam itineris remedium querens. Nec dubie auditas preces, extemplo calicem aureum opere, ac pondere insignem B. Virginis donat, dicitque, Addita voti voto calici ipsi Pontifice in voto nuncupandum dictata inscriptio, Pontificis voti, donique monumentum.

PIA DEI GENITRIX.

Quamvis tua potestas nullis coarctetur finibus, ac totum impleat orbem miraculis, quia tamen pro voluntate sæpius uno loci magis, quam aliis delectaris: & Laureti tibi placitam sedem per singulos dies innumeris signis, & miraculis exponas: Ego infelix peccator, mente, & animo, ad te recurro supplex orans, ut mihi ardentem febrem, molestissimamque tuisim auferas: Lassique membris sanitatem restituas, Reipublicæ, ut credimus, salutarem.

INTERIM HOC MUNUS ACCIPITO, ME S. SERVITUTIS SIGNUM. PIUS PAPA II. ANN. HUM. SAL. M. CCCC. XLV.

Et donum Virgini cordi fuit, nec sua spes Pium Pontificem ulla fecellit ex parte. Mirum dictu: sicut in votum nuncupato, ex templo febris ardor refrigescere cepit, turbis remittere, redire vires, affectus, ac penè consumptus, morbo pariter, & ætate membris. Pius ergo more impatiens, nondum satis confirmata valetudine committit se via, Anconam iturus, & Lauretanæ ex itinere votum exoluturus. Læticia delatum complures Cardinalium, Romanorumque Procerum profectum, quos partim Pontificis charitas, ac reverentia, partim miracula fama, partim etiam sacri exercitus visendi cupido ab Urbe elexerat. In itinere Pontifex quò propius Lauretanam Edem accedebat, hoc melius habebat: ut facillè appareret, inde vires augeri. Itaque ad B. Mariæ patronæ suæ confectum valens, ac vegetus pervenit: & presentis opis in Urbe, atque in via expertæ memor vota persolvit.

INGENS TURCARUM MANUS DIVINITUS FUGATUR.

Sub idem tempus ingens procella exorta, & opulentiam, & D religionem Lauretanæ Edis ostendit. Mahometes Turcarum Imperator, Rhodo Insula nequiquam oppugnata, unum è suis Ducibus cum classe in Italiam destinavit. Igitur anno ejus facili circiter lxxx. ex improvviso Hydruntum oppidum nobile in Salentinis, velut claustra Italiæ occupavit. Exinde finitima circum loca populatus: cætera oræ maritimæ Adriatici hinc famæ cœteris, ita impendentis periculo terris, quæ extate diximus, satis ostendunt. Idem fortasse in colle fratrum accidit: nam ex obiectu vestigiis judicari non potest. Fontalis idem quæ in Dalmatia sedis usque venientibus enim comperit habemus. Sanè res ipsa consentanea est. Sacrosanctam quippe Domum duobus præcipua myseria ortus B. Virginis, & æterni Verbi conceptus insignem fecere: quorum ille ferè in autumnale, hic in vernum incidit æquinoctium. Igitur haud immerito eam sol per utrumque æquinoctium litrat, sic profus, ut vel illorum mysteriorum memor, & sub ortu & ante

Cosmij nepos fuit) statua argentea, quæ nixa genibus altitraginem excedebat cubitalem, Compendiaria fortasse simulachri ejus inscriptio (in qua erat, Laurentius P. F. Medices) Anglicam decepit, ut Laurentium per Francicum interpretaretur, quod significabat Petri filium. Credo equidem Laurentium, cum Xysti Pontificis, sociorumque armis premeretur, adeo ut ad ipsum Ferdinandum Neapolitanum Regem, acerbissimum hostem suum, confugere cogeretur, donum ejusmodi vovisse: bello deinde, periculoque defunctum, Lauretanæ Virginis, vel tulisse, vel misisse. Ceterum sapiens Recinetensium consilium, subdustumque periculo sacrum aurum, argentumque haudquaquam Barbaros à conando scelere averit. Turcæ populandi ad Castrum Portus Recinetensis classe delati, omnia minorum prædatorum cura, ad Lauretanam prædam, quam opulentissimam sciebant esse, asportatam alio nesciebant, iter intendunt. Tuebantur Lauretanam Edem, ut diximus, Recinetenses, leve ad versus Barbarorum exercitum insolentem victoria præsidium; nisi ipsa loci Præses suæ domui præsidio foret. Itaque ad sacre Domus conspectum, ingens repente terror totam Turcarum pervasit aciem, cunctoque est vestigio invitissimis animis referre coegit pedem, supore attonitos, & Deum profecto pro illa Edæ stare memorantes. Nec tamen illis sacrilegus conatus impunè fuit. Superbissimum Tyrannum F haud ita multo post, subita morte extinctus; Hydruntum à Christianis receptum: Turcæ Italia pulsæ. Ceterum ipsorum periculum Cardinalem Robureum Laureti Patronum admoovit, ut Lauretanum templum definitum propugnaculis, primo quoque tempore communitret. Ex eo templum ipsum in arcis modum impensè muniri cœptum adversis repentinos hostium incurfus.

MULTIPLEX LAURETANÆ VIRGINIS auxilium in navali de Turcis parta victoria.

Iisdem temporibus in ultimo ferè rerum discrimine, Lauretanæ Virginis vis vel maximè enituit. Selimus Turcarum Imperator Cypro per vim potitus, cæteræ Venetorum ditioni, orbique Christiano imminerebat. Pius ergo V. Pontifex communi periculo communibus viribus occurrentem ratus, Venetis, & Hispaniarum Rege in armorum societate assumptis, ingenti mole bellum apparere cœpit. M. Antonius Columna Dux illa tempestate inter Romanos genere, fama que clarissimus, Pontificiæ classi præpositus est, & maturè solvere in Turcam iussus. Ibi ejus conjux Felix Ursina, pari nobilitate mulier, stimulante metu orbitatis suæ, liberorumque, statuit in tot martirium belli casibus ad Lauretanam confugere Virginem. Propere igitur cum honestissimo comitatu Lauretum accurrit, haud dubia, per Deiparam facillè propitiari posse cœlestis numen sibi, viroque. Solemnibus expiata miseris in sacrosancta Cella supplex pernoctavit, veniam, opemque sibi, viroque suo à Deo, Deique Matre impensius exposcens. Inde B. Virgine acensis studiis, votivisque muneribus culta in ejus gratiam Hebraum adolescentulum ibi è sacro fonte suscipit, & aureo donatum torque in suam adsciscit familiam. Nec irrita supplicatio, aut gratia fuit. Haud longo tempore intermisso, cumulati voti compos exitit. Conjugem suum ex tam atroci prælio non reducem solum, sed victorem etiam recepit: eundemque in urbe Roma veteri Romanorum more renovato, insigni pompa ovantem, læta conspexit. Ceterum, eodem bello haud certiorum illa in privata re, quam Pius Pontifex in publica Lauretanæ Virginis expertus est opem. Christianam classem ultimæ dimicationi instructam, intentamque esse jussit. Nec ignarus erat, summam rerum in eo prælio verti. Proinde Pontifex verè Pius, privatis, publicisque supplicationibus Deum conciliare institit. Præcipuè in angustissima Cella Lauretanâ H orare assidue Deiparam iussit, ut in ultimo rerum discrimine pia Mater adesset Christianis. Nec Pii Pontificis, piumque spes in irritum cecidit. Inita pugna navali, non tam humanæ, quam divinæ opis res visa. Obscundante Christianis, qui ante pugnam adversis erat, vento, summumque bombardarum, ac tela hostium in ipsorum ora retorquente, nobilissimum est de Barbaris parta victoria. Plerique hostium casus, naves partim depressæ, partim captæ: Ingens præda, magna vis captivorum supra decem Christianorum millia ferè vivo exempta. Quorum quidem pars longè maxima deinceps Lauretum perfolvendorum votorum gratia venerunt. Satis constat, ipso navali prælio die, antequam signa canerent, Christiana mancipia remigio à Turcis addita pro libertate, pletoresque autem Duces, ac milites Christianæ classis pro salute, ac victoria B. Mariæ Lauretanæ vota fecisse. Ut dubium cuiquam

quam esse non possit, quin tam insignis victoria post Deum, A Deipara debeat. Ergo non remiges modo captivi Turcarum, sed etiam milites, Ducesque Christiani, ad agendas Deo ac B. Mariae gratias, vota reddenda Lauretum contulere se. Et divini beneficii monumenta inibi extare utrique voluerunt: alteri quippe caenas, quibus religati ad remos fuerant, apud liberatricem reliquerunt suam: alteri Deiparæ velut auctori victoriae, manibus hostium consecravit. Hoc autem nuntium, atque haud scio, an maximum Pii V.

TRES VIRI ILLUSTRES E MORTIS FAUCIBUS ERIPUNTUR.

Eodem serè tempore Aëdes Lauretana nobilissimis est illustrata miraculis. Julianus Cæsarinus unus è Proceribus Romanæ civitatis, anno hujus sæculi xxx. Bononiæ gravi implicitus morbo ad ultimum periculi venerat. Jamque à Medicis destitutus, adesse sibi sentiebat supremum diem, cum implorato Lauretanæ Virginis præsidio repente convaluit. Eodem anno Vavioda Transylvania ab Abrahamo Prætoræ Regis Turcarum (Bassam ipsi appellatur) prælio victus, captusque, victoriatu justu ex alissima rupe agendus erat præceps. Ceterum ille, B. Maria Lauretana invocata, servitium quoque non tantum præfens supplicium evasit. Nam forte sermonem de religione cum Bassa ingressus, adeo effertur ejus animam divina ope mitigavit, ut Barbarus odio in amorem verso, ipsum cum ceteris Transylvanis captivis dimitteret gratis. Extat hodie Lauretana tabula ingens egregie picta, auroque exornata, ubi tota res non solum coloribus, sed etiam literis expressa visitur. Iisdem serè temporibus Ferdinandus Gonzaga adolescens nobilissimus, Mantuæ præfectorum exercerebat equum. Quo vehementius concitato effusus in clathros ferreos vicini templi B. Mariae Lauretanæ opem implorat: mira dictu res. Et tam gravi, periculosoque casu, extemplo sanus, vegetusque surrexit. Nec voti parum memor, equestrem statuum argentæam Lauretanæ Virginis donum tulit. Ipse autem ejusdem effigiem Virginis ex argento expressam decens in omni vita perpetuo suspendam gestavit è collo, sive miraculi momentum, seu vitæ præsidium: nec frustra: in maximis præliorum discrimenibus vir bellicosus præsentem semper Deiparæ Virginis expertus est opem.

TURMÆ EQUITUM PRÆFECTUS, abreptus impetu fluminis, evidenti periculo eripitur.

C. Est in agro Reatino (Italiae umbilicum vocant) lacus haud ignobilis, quem Velinus amnis efficit, à quo nomen trahit. Hinc Velinus emerfus aliquanto spatioso lenis, ac placidus fluit: inde ex altissima rupe per scopulos, & saxa præcipitans, in subiectam petram ingentis fragore, ac strepitu aquarum cadit: vulgo Pædiluicium appellant. Haud procul rupe, quam dixi, turmæ equitum Petri Aloysii Farnesii (is tum Castræ Dux erat) forte ducebatur. Turmæ præfectus (Marscallum appellant) Petrus Terrenaticus Senensis erat. Hunc Cupido incensit spectandi propius amnem ex alto cadentem. Igitur duobus equibus assumptis, ad locum, unde Velinus præcipitatur, vivendi studio divertit. Jamque poturus equus flumen intrarat, cum procedens paulatim in profundum gurgitem provexit incautum. Nec mora: sensu se à profluente abripi in præcipientem locum, quem spectaturus advenerat. Jamque aquarum impetu ex equo deturbatus haud procul aberat interram, cum Lauretanam Virginem lachrymans implorat. Nec farsis auribus preces adhibuit. Extemplo in ipsa fluminis ruina B. Virgo adest periclitanti, porrectaque dextra præcipitem inter undas, ad scopulos sustinet, tæturque donec ad ipsa perveniat: mira dictu res: D. ex altissima rupe devolutum in scopula exceptit, reddiditque innoxium. Igitur confestim Lauretum ad vota Deiparæ exsolvenda venit, votivamque tabellam, in qua tota res ordine perscripta est, tanti miraculi testem extare voluit: quæ hodie ad dextram sacrosancti facelli in pila suspenda visitur. In tabella inscriptum Ego Petrus Terrenaticus eques, & Marscallus equitum Ducis Castrorum, & ceteri equites ex Piceno ad Vicum Parronis proficiscentes, cum Nonis Martii, M. D. XLIII, ad Velinum lacum pervenissent, ego, & duo alii milites, Tiberius ex Gravissis, & Antonius Cornotensis à ceteris equitibus discessimus, ut illum viseremus lacum, quo se Velinus in Nar præcipitat. Ac non procul inde, cum equum ad aquam, ego unum cum equo in quasdam fluminis angustias incidit, ex quibus præcipientem altissimo casu, cunctis videlicet centum cubitos altum, & Deiparæ Virginis Lauretanæ opem implorantem quidam scopulus

exceptit incolentem, & re miracula admirandum, atque attentum. Quapropter illico votum persolvi beatissima Virgini, B. quam tum præsentem, propitiam sum expertus, testibus oculatis duobus Centurionibus Chianico Urbeatano, & Romano cum universa equitum ala. Hanc nos inscriptionem ad verbum inferimus, ut quem testatam, certamque sit hoc miraculum, magis appareat.

JUVENIS INNOCENS CARCERE, altero bis suspensus exiit, ac supplicio liberatur.

Haud minus in suppliciis, quam in fluctibus propulsandis Lauretana Virgo admirabilis per idem tempus fuit. Augustinus à Rocca Valdonia (oppidum est ditionis Senensis) falso crimine postulatus, vinculis tenebatur. Ibi cum innocens multos jam dies torqueretur, Lauretanam Virginem, cui mirificè addictus erat, implorat. Nec irritæ preces: nocte intempesta excitus somno, manicas ferreas, quibus vincit'us erat, sua sponte elapsas videt è manibus. Protinus B. Virginis consilium, viresque ad fugam suppeditant; carceris parietem subruere aggreditur, camenta quadam revellit manu, et patefacta fenestra, quæ illi effugium dedit. Ceterum, duo restabant ostia, quæ obtarent fugæ: hæc forte quadam divinitus aperta, & incustodita reperit. Ergo evadit in tutum, B. Maria munere non estugium solum nactus, sed etiam persegium. Hic imminente F. alter jam urgenti supplicio exemptus. Franciscus erat quidam Ferrarientis, homo rusticus, sed pius. In anno sæculi hujus lvi. Picenum peragrans in Ducis Guisii, qui pro Paulo IV. adversus Philippum Regem Hispaniæ bellum gererat, copias incidit, à quibus de ratione itineris sui interrogatus, ac liberalliter habitus, cum literis Galli Ducis ad Pontificii exercitus Præfectum in thoracem insitis; certisq; notis, de quibus inter eos convenerat, dimittitur, rei totius ignarus. Igitur ad Anagiam Campaniæ Urbem ab excubiis hostilis exercitus interceptus, excussusque ad M. Antonium Columnam adducitur. Qui ex reperitis in thorace hostium literis, notisque, exploratorem haud dubie usum, continuo suspendi miserum rusticum jussit. Confestim igitur ad supplicium rapitur, proficiente ingenti militum, civiumque Anagninorum manu. Nec tamen illi desuit sibi. Facta orandi divini numinis preces, & submittit genæ; à Deo veniam orat. Protinus Mariam Lauretanam inclamans: Non te fugit B. Virgo Dei Mater (inquit) me innoxium mori, neque ullo modo concium istiusmodi literarum. Proinde te oro, quæsoque, tuum mihi propitius sis, ut alias meas noxas, quibus graviora committere me fateor, & oblitus, pro tua singulari clementia, innocenti meo indico alt. G. quo declarat meam. Hæc magna voce eloquutus, silenti animo graditur ad mortem. Eum carnifex ad furcam religatum, & scalis dedit; cervicibusque pede oppressis relinquit pro mortuo. Mira dictu, visusque res. Parum miser ille pendente, cum fracta repente subito corruit, apparuitque incolens, sanusque. Sed miraculum pro fortuito casu habitum, quò deinde foret illustrius. Extemplo carnifex solidiore laqueo cervicibus inserto miserum illum reducit ad patibulum, obortoque strenuè collo, deturbat è scalis. Ecce tibi rursus Dei utique, ac Deiparæ nutu funis ruptus, & Franciscus præceps tuens, frædo capite, jacuit semivivus. Tum enim vero movit circumfusiæ multitudinem miseranda rustici speciei, admirationemque auxit funis prævaldus sua sponte ruptus. Et similibus subibant amicos vadentes ad supplicium preces, ac Lauretanæ Virginis imploratio. Itaque plerique veniam infonti, ac B. Mariae charo juveni deprecantibus, cœlestium munere bis servatum à mortilibus perdit religio fuit. Ergo M. Antonius ab insita humanitate, eximiamque in Lauretanam Virginem religionem, impensus etiam, quam rogabatur, condonavit illi supplicium. Et H. civitas Anagnina rei gestæ testimonium ritè obnigmat eadem tradit. Quod ille Lauretum ad agendas Virgini grates professus apud eam depositus, illustrat apud posteros miraculi momentum.

CÆCIS DUOBUS LUMEN oculatorum restituitur.

Triennio post admirabilis est spectaculum Lauretana Virgo & incolis, & advenis præbuit. Senensis Puella erat Venetæ matronæ haud farsis vilis, que in obsequio Domine luminibus capta, nihil penitus cernebat. Et apparebat in oculis signa, quæ faceret cæcitas fidem: Itaque Medicorum remediis frustra tentatis, Domine iusta à mulieribus duabus Lauretum adducitur, haud dubia spe lumen illi redditum iri, ope, ac deprecatione B. Mariae. Puella igitur inter illas duas feminas augustissimam Virginem Cellam ingressa, submissis genibus,

bus, obortisque lachrymis, Deiparam enixè implorare cepit. A Refertum erat facellum accolis, & peregrinis, qui pariter Virginem orabant, se puella misericordia capti, seu rei expectatione suspensi. Ecce ubi illa dem præcibus lacrymabunda infisit, repente hilarior facta, lucis se aliquid displicere clamavit: & simul eos, qui aderant, ut præcibus juvarent, impensè rogat. Cæteris ad procculandum Deum accensis, paulò post læta successu puella exclamat, jam cerni ab se accensa supplicium faces, lychnosque. Enimvero ex voce accensæ supplicium fluida vehementius inflammavit: cunctorumque ex oculis lachrymas gaudio mistas excivit. Tandem puella gratulabunda exclamat: jam B. Mariae effigiem, jam quæ circum illam sunt, dona cerna. O Dei, ò Deiparæ clementiam: ò divinum, & commemorandum utriusque beneficium. Talia inter gratulandum illa mistis gaudio lachrymis iterante, ingens orta est, omnium comploratio Deo, ac B. Virgini grates agentium, quæ semihoram tenuit: & plerisque etiam facellum egressos secuta, supervenientium pectora pari sensu, atque admiratione complevit: utque cum idem, qui modò cæcam puellam conspexerant, nunc integri oculis, ac probe videntem cernebat. Vix alia res ejusmodi in majore populi stremitu quæta gesta. Quippe secundum festas Paschas id miraculum paratum est: qua tempestate, maximo solet mortalium concursu Aëdes Lauretana celebrari. Raphael Ricca, qui rem literis consignavit, miraculo interfuisse se tradit.

Minus celebre, sed nihilominus admirabile est, quod de Thoma Parmentii perhibetur. Is ex gravi oculatorum morbo haud dubie cæcus, nocte quadam accessibilis oculorum dolore cruciatur. Igitur allevat se super lectum, ubi jacebat: postquam genibus, multis cum lachrymis Lauretanæ Virginis implorat auxilium. Præcibus addit votum, si lumen oculorum recipiat; se Lauretanam Domum adducitur. Exinde recubuit, ingentem in B. Virgine spem reponens. Nec sua illum frustrata spes. Manè expectatus somno, matutinam lucem sanis oculis hausit. Extemplo igitur Deiparæ gratias agit, Lauretum proficiscitur, vota persolvit.

DUCIS LOTHALINGIÆ UXOR, Paralytica Lauretum delata sanat.

Nec Aufriacorum mulierum, Italiaque ex propria laus fuit. Christina, seu Christina Danica regæ, & Caroli V. Augusti forent genitrix, eademque Dux Lotharingæ, femina exstitit virili virtute, eximiam pietate: hæc magno iam natu, C. cum vis ætate, ac paralytica impedita, voti causa Lauretum venire constituit. Nec unquam passa est, id sibi votum, suorum rogatu à Pontifice cum aliis pietatis officiis commutari, adeo ardens erant Lauretanæ Virginis vifendæ cupid. Lecta igitur cum regio penè comitatu in Italian, Picenumque delata pergit ire, quò desinarat, farsis idens, à se valetudinem B. Mariae opere recuperari posse. Ergo in sanctissimæ Domus aditu, non cœlestem modo lætitiæ hausit animo, sed pristinum quoque recepit corporis sanantem, illam membrorum, quibus captiva erat, ac vires extemplo sibi redditas sentiens, primum præter mortem sine ullo adminiculo insitit pedibus, per se nullo adiutore sacrosandam Virginis Cellam suis pedibus circumit gratulabunda, eus familiaribus miraculo Antonius, Deique, ac Deiparæ donum certam extollentibus. At Christina, quam ea res propriis artingebat, obortis gaudio lachrymis, in augustissimum facellum regressa, ante cœli Reginam provolvit: nullum divini beneficii eterendū modum, nullum agendum gratiarum finem fecit: se, suaque Deo, ac Dei Matrè dedit. Exinde, ut tanti beneficii momentum, eximiamque in Lauretanam Virginem religionem, impensus etiam, quam rogabatur, condonavit illi supplicium. Et H. civitas Anagnina rei gestæ testimonium ritè obnigmat eadem tradit. Quod ille Lauretum ad agendas Virgini grates professus apud eam depositus, illustrat apud posteros miraculi momentum.

DVO PRÆCIPITI EX EQUO Periclitantes à morte revocatur.

Minus illustre si personas conferas, sin res ipsas magis admirabile existit, quod paucissimas acciderat. D. Susanæ Jacobæ Thainonii Cordavellenis equitis nobilis conjux fuit, hæc ab equo qui infidebat, excussa, afflictaque ad terram, ad L. B. Theat. vit. Hum. Tom. V.

ultimum periculum venerat. Namque offibus, quæ fractis, quæ luxatis, omnes amiserat sensus. Ad hæc membra vitalis penè destituerat calor. Itaque desperata à peritissimis Medicis corporis salute, Sacerdos salutem curabat animi, moribunda de more Deo, Diviisque commendans, & lultrali subinde reperfrensens aqua. Interim Jacobus clarissima uxoris vicem sollicitus, templum proximam intrat. Ibi postis genibus, oculos pariter, manusque tollit in cœlum, lachrymansque enixè Lauretanam invocat Virginem: votum præcibus misceat fe ad Lauretanam. Eadem intum, si sua ope servet eam, quam nulla vis humana servare possit. Nec irritum fuit votum. Vix dum planè id voverat, cum mulier habere melius cepit, ac brevi consolidatis divinitus offibus, membrisque convaluit. Eques igitur voti memor an. m. d. lxxv.) qui anno Jubilæo celebris, & insignis fuit) Lauretum cum uxore contendit, laminamque argentæam Lauretanæ Virginis effigie, quam hinc viri, hinc mulieris imago duplex erat, votivum donum Deiparæ tulit. Additus laminæ titulus, qui totam rem breviter exponit miraculi ad posteròs monumentum.

Huic aliud consimile eodem serè tempore. Nicolaus Pannonius civis Cataeensis nobilis erat. Is cum exercebat inter aequales contruentes à rapido cursu equo, effusus in terram contracto corpore, brachio etiam comminuto jacebat exanimis. Expiranti similem famam excipiunt, domumque referunt, haud farsis comitem mentis, actum de illo effusum Medici, qui mali magnitudine victi, actum de illo esse pronuntiant. Pavonis ergo amicum quassu, B. Mariam Lauretanam implorat, vovens salute recuperata, ad eam salutandam esse venturum, votum jucundissimum somnus excepit. In somnis Lauretanæ Virginis obversata specie, que affectos jacentes artus manū concretans, repente sanaret. Haud vanum fuisse somnium ostendit eventus. Nicolaus è somna evigilans, membra perlanata comperit. Extemplo igitur exsiliit lætus è lectulo, Lauretum accurrit, votum exsolvit.

TRES CIVITATES PESTILENTIÆ liberantur.

Iisdem temporibus Lauretana Virgo non magis civibus singularis quam universis civitatibus præfens in malis auxilium tulit. Anno hujus sæculi lxxvii. atrox morbi vis contagione vulgata, totam penè Siciliam pervaserat. Jamque nobilissimæ urbes continuatè propè funeribus exhaustæ, horrenda superstitibus præbebant spectacula. Ibi Panormitana civitas, ingruente luce, cœlestem iram placare instituit, ita voto, & imploratione Lauretanæ Virginis, periculum evasit. Et votum cum fide exsolvit. Extat hostie lamina ingens argentea librarium serè novem, ubi Beata Maria Lauretanæ recto insidentis expressa effigies visitur. Cui præclata imago Panormitanæ urbis subiecta talem præfert titulum, depulsa luis indicium.

FELIX CIVITAS PANORMI TRINACRIÆ METR. B. M. VIRGINI LAURETANÆ D I C A T.

EJUS PATROCINIS A PESTE LIBERATA, AN. SAL. M. D. LXXVII.

Biennio serè interiecto, Anicia Gallie urbs non ignobilis, triduò distans à Lugduno, in graviore etiam periculo pat Lauretanæ Virginis experta est præsidium. Diutina urgente pestilentia, colonis, ac civibus penè exhausta, haud procul exitio abesse videbatur. Itaque civis, quibus adhuc læsæ pepercerat, tam atroci, pertinacique malo conterriti, commodissimum: rati sunt, per Dei Matrem placare iratum Deum. Communi ergo consilio, solemnè Lauretanæ Virginis votum nuncupant: stratique passim templo veniam delictorum, sinemque morbo præcibus exposcunt. Nec frustra. Nuncupationem voti civitatis sanitas est consecuta: nulli insecta vis profugata: pristina civitatis facies reddi cepit. Extemplo Lauretum votiva dona publicè per certos homines missa cum publico testimonio, quod monumentum foret, & voti ab Ancientibus facti, & morbi Virginis ope depulsi.

Nec Lugdunensis Gallie civitas clara imprimis, ac nobilis, aut communis cladis experta, aut Lauretani præsidii exfors fuit. Pæda namque luc clara iuxta, & obscuras domus populante, inopes humani auxiliii Magistratus ad Deum, Deiparæque populum, ac vota verterunt. Publicè voto pro civitatis salute suscepto, Lauretanæ Virginis imploratur auxilium.

lium. Extemplo audite preces, aegri fanati, pestilentia discuf- A fa. Ergo an. M. D. LXXXI. à grata civitate votium donum B. Virgini mittitur, nec civium religione, nec amplitudine urbis indignum.

Alexander inde VI. Innocentio VIII. succellit, cuius Pontificatus flagrantem intestinis, exterisque bellis Italia, haud paucior quam Innocentii, quanquam Jubilæi celebritate, quæ in annum millefimum quingentesimum incidit, insignior fuit. Ea tempestate atrox Recineti grassabatur lues, quæ contagione vulgata civium pluribus absumpsit, graviorem indices munitabat civitati cladem. Igitur è Magistratibus de Primorum consilio inducitur ad Lauretanam Aedem supplicatio: votum publicè nuncupatur. Nec spes precesse in irritum ecedere. Extemplo votiva supplicatione veluti divina manu pestilentia absterfa: Civitas periculo exempta.

DONA, QUIBUS LAURETANA AEDES

CUMULATUR.

A PONTIFICIS IMPERATOR PRINCIPIBUS.

Et cum advenarum multitudine Lauretanæ Aedis opulenti- B cresceret. Satis constat ex eo tempore dena, duodena, quaterdena, sexdena, usque ad vicena aureorum millia in arcam quotannis ingesta. Nec verò unquam ullus Pontificum quicumque ex arca Lauretana in suum usum vertit. Sed omnibus æquè sancta ea pecunia fuit. Duo omninò tempora inciderunt cum aliqua inde pecunia ad Pontifices ita pervenit, ut paulò post ab iisdem eodem rediret. Leonis X. Pontificis Ducis, ad reprehendas Francisci Mariæ Urbinatum Ducis populationes, sex aureorum millia ex sacra arca in stipendium militare depromerant. Id ubi cognovit Pontifex, extemplo per Piceni Quaestorem B. Virgini eam summam remunerandam curavit. Clemens inde VII. sub direptionem urbis, cum in summa difficultate esset, numeraria (ut supra demonstravimus) tria aureorum millia mutua à Lauretana Virgine accepit: quæ deinde periculo defunctus, cum fide perfolvit. Itaque omnis illa pecunia, quæ in sacram arcam ingerebatur, in Lauretanam fabricam, aliosq; S. Aedis usus erogabatur. Paulo, autem I V. Pont. ad eam pecuniam accesserunt alia dona, quæ ad sacram suppellectilem pertinebant. Christi crucifixi effigies argentea iustæ magnitudinis cum Calvario monte, ac simulacris B. Virginis, S. Joannis ex argento expressis, bina C interden argentea candelabra cubitalia, & patera argentea bilibris pulcherrimè facta. Ad hæc amiculum eximium Episcopale ex veste Attalica, cuius præcipuum ornamentum erat aurea ingenti specie fibula, tribus cumulis margaritarum insignis, quali Cardinales, & Episcopi ut solent. Textillis insuper pictura Christi ortum referens ex serico, auroque mira arte perfecta, Cardinali Carpenfis dona sunt, Ducis Urbinatis, vestes sacerdotis, ac ministrorum aureæ.

Par donum Ducis Epirotarum, Ducis item Mantuani, nisi quòd hæc sunt ex auro, argentoque contextæ.

Ducis Bovini præclarum sanctissimæ Eucharistiæ ferculum ex argento, pedibus angelorum simulacris innixum.

Honorati Casertani ex veste Sermonete, sacerdotalis vestis aurea, aræque ornatus ex veste Attalica.

Augustini Auræ caput argenteum, binique Sacerdotales ornatus ex auro textili.

Margaritæ Austriacæ Caroli V. Cæsaris filiz egregia vestis, aræ, pariter, & sacerdotis, ex argento textili crispo.

Marchionis Vasti ciborium aureum bilibre, opere præclaro.

D Alterum ciborium egregium, sed distinctum columnis ex argento inaurato, uxoris Ducis Ariani.

Sacerdotis, ac ministrorum solemnî ritu sacrificantium ornatus argenteus Ducis Mantuani.

Denique Sacerdotalis vestis aurea insignis à tergo ingenti effigie, B. Virginis sole amictæ, eademque auro, margaritisque distincta, Regina Ungariæ donum.

Inter hæc evidenti miraculo notus Pontifici Julio II. injectus est, ardor Lauretanæ Virginis honestandæ. Bononiam pergens ad comprimendos Bentivolorum motus, Lauretanam venit: & ipso natali B. Virginis die, in natali eius Cella sacrum fecit: sub sacrum solemnem pompam in suggestum ad id fabricatum ascendit. Hinc populo, qui ad Pontificis adventum major solito confluerat, benè precatus, amplissimam delictorum indulgentiam largitur omnibus Lauretanam Aedem eo die ritè visitantibus. Sunt, qui scribunt, Julium eo tempore

vota B. Virgini nuncupasse pio, iustoque bello Tyranno persequi molientem. Certè id & belli eventus, & Pontificis ob partam victoriam dona testantur. Julius igitur Bononiam profectus, expulsi Bentivolis, urbem pacavit. Inde Faventia Forolivio, Ravenna, aliisque Pontificæ ditionis urbibus, oppidisque vi receptis, cum Mirandulæ obfidio Ducum incuria traheretur; ipemet Pontifex bono exemplo pergit in castra, Duces, militæque sua presentia excitavit. Ibi dum belli consilia cum Cardinalibus agitaret sub tenoribus, manifestum incertum divina utique evasit ope. Quippe globus ferreus instar humani capitis repente ab hostibus anco tormento pragrandi excussus, dejecto Prætorio, nihil omninò Pontificem ipsum, aut quenquam eorum, qui Pontifici in consilio aderant, laesit. Id enim vero Pontifex B. Mariæ Lauretanæ debere se professus est; sive quod ad bellum iturus, ei vota fecerat, seu quod ad primum bombardæ fragorem Lauretanam Virginem inclamaret. Ergo Mirandulæ expugnatione, aliisque victoriis clarus Lauretanum pergit ad vota reddenda. Gratiis Deo, Deiparæque impensè actis, globum illum in sacrosancto sacello suspendi jubet, monumentum posteris, quanta pestis esset à suo capite, Lauretanæ Virginis præsidio, depulsa.

Suspensus est globus è pariete ab latere sinistro aræ, quod vulgo cornu Epistolæ vocatur; ubi nunc quoque monstratur visiturque. Inde Pontifex, ut gratus, non tantum pius in Virginem foret, Lauretanam basilicam decorare impensis cepit. Namque aram maxima sacra suppellectili augendam rullus, egregium aræ amiculum ex veste Attalica crispante, argenteam crucem pondò librarum quadraginta, auro, & antiquo opere celatam; bina item sequicubitalia candelabra, ejusdem materiæ ac operis, pondò xxvii. ab urbe misit. Exstat in turbinata crucis basi titulus, haud obscurum indicium paræ à Pontificæ, Deiparæ virginis ope, victoriz.

JULIUS II. PONT. MAX.

DEIP. VIRGINI LAURETANÆ DICAVIT. ANNO M. D. X.

IN HOC SIGNO VINCES.

Neque his contentus Julius binos insuper arg. ornatus (frontalia vocamus) ex holoférico villosò cartule, insigne auro, G margaritis, opere Phrygio addidit. Altarium ornatum ornamentum ministrorum adiecit, mitram egregie opere, aliaque Pontificalia ornamenta, quibus videlicet, vel Pontifices, vel Episcopi sacris operantes uterentur. Super hæc conchyliata peristromata exornandis templi parietibus, aliaque complura dona Lauretanæ Virgini dedit, dicavitque.

Aliorum Donariorum Specificatio.

Non aliàs magis antè, pluribus Aedes Lauretana votivis floruit donis.

In Lauretanæ Domus codicibus reperi per hæc tempora omnes fermè Piceni populos quotannis solitos in supplicationibus argenteas B. Virgini coronas ferre singulas, binas, ternas usque ad septenas, voti, aut religionis ergo. Et quia jam satis, superque erat coronarum coronæ quippe tum censentur ad septuaginta) commodatas coronas accipiebant à sacra Domus Custodibus, pro his pretium ferebant. A plerisque etiam Piceni castellis, oppidis, urbibusque argentea ipsorum simulachra in supplicationibus præferbantur. Erant illis temporibus partim urbium, partim oppidorum, & castellorum ex argenteo expressa simulachra numero duodeviginti: inter quæ Firmum pondò librarum penè viginti & specie, & pretio H eminebat. Cæterùm hæc quoque aliis populis, quibus deerat aurificis copia, commodata custodibus in supplicationibus pompa ferebantur, argento pro his reposito. Et uterque mos vel coronarum, vel illius modi simulachrorum usque adeò increbuit, ut nunc, vel maxime vigeat.

Nec fè Piceni finibus ea tenuit consuetudo. Iisdem temporibus Pisaurenses argenteam Pisauri imaginem miserunt affabre factam.

Nec ea tempestate civitatum, ac populorum magis, quam civium, ac nobilium virorum pietas exstitit.

Alcanius Columna inter Romanos Proceres genere, atque opibus clarus, argenteam Beati Rochi effigiem libralem, & sacerdotis, solemniam sacra celebrantis, amiculum ex textili argenteo, donum Virgini attulit Cardinalis, sanctorum Quatuor Coronatorum caput argenteum, pondò fermè quatuor.

Comes

Comes Rangonus Mutiensis, & Jo: Franciscus Bossius A Mediolanensis, singuli cruce argenteum librale.

Pyrrhus Gonzaga ejusdem materiæ, ac ponderis pedem.

Pardus Pappacoda Neapolitanus effigiem suam argenteam ponderis duplo majoris.

Alexander Calcagninus imaginem suam argento celatam trilibrum.

Marchio Tripaldia lignum argenteum pari fermè pondere.

Magnus Rhodiorum Equitum magister alterum lychnum eadem materiæ, sed pondere aliquantò majore.

Vincencius Alfanus Perusinus simulachrum suum ex argento expressum librarum xv. Alia porò ab aliis (quorum nomina prodita non sunt) sigilla sexdecima argentea, pondò librarum septem, & septuaginta.

Sed longè ante alia omnia hujus temporis dona excellit Lodovici Giffardii civis Bononicensis effigies argentea, pondò amplius quinquaginta. Sacra etiam subinde supellex auca.

Cardinalis Montinus (qui postea Pontifex factus. Julius III. est appellatus) sacerdotalem vestem egregiam ex auro textili crispante donum tulit.

Cardinalis Palmeritus aræ, ac sacerdoti, ornatum ex veste Attalica.

B Dux Trajectensis, sacerdotis, ac ministrorum solemnibus facis operantium, vestes ex holoférico villosò violaceo, distinctas auro.

Oliverius Fagnanus Mediolanensis ex eadem materiæ, aræ, & sacerdotis ornatum.

Marchio item Bisuntinus ex veste Damascena aureis operibus insignita. Alii quoque alias altarium, ac sacerdotum vestes coronas argenteas, calices, aliaque ejusmodi, quæ perfectè longum foret, dona Deiparæ Virgini seu portarunt, sive miserunt.

Nec ea propria virorum laus, Isabella Cardonæ Proteginæ Neapolitanæ corona aurea libralis, & ipsius effigies B. Virgini supplicantis, argentea, pondò sesquilibra, & pes libralis item argenteus: ad hæc aurea scitè facta ejusdem materiæ, ponderis: bini ureoli aurei unciarum xv. armillæ itidem aureæ benè factæ donum fuit.

Marchionis Vasti, effigies B. Virginis, puerum Jesum gremio gestantis, argentea, pondò ferè quatuor.

Quin etiam à Turcis dona missa. Constat anno hujus sæculi xxi. Bassam Turcarum (nomen, & causa non proditur) argenteam aræ vestem, margaritis insuper adornatam, Lauretanæ Virgini donum misisse, Clemente VII. Pontifice Maximo: ut intelligeremus Lauretanam Virginem communem omnium gentium esse Patronam, quicumque ejus patrocinio uti velit.

A BASSA TURCARVM DATA.

Nec barbari Lauretanæ opis expertes fuere. Corcutus Turcarum Prætor (Bassam ipsi vocant) anno M. D. LII. Constantinopoli cum esset, ex gravi, occultoque pectoris a postemate ad extremum venerat vitæ discrimen. Apud eum servitutum serviebat Christianus vir bonus, ac pius. Qui Domini periculum suæ libertatis occasionem ratus, Prætozem adit moribundum, & de Beatæ Mariæ Lauretanæ admirabili vi, in morbis cujusque generis depellendis edoctum, bonæ implet spei. Igitur haud egregie eum perpulit, ut secum Lauretanam Virginem invocaret, vovens si morbum depulisset, se D in ejus gratiam illi servo libertatem daturum. Nec servus Dominum, nec Maria piæ servum fellit. Protinus disrupto apostemate Prætor sanatur, & exiit ab eo quoque fides. Extemplo servum illum libertate donatum cum litteris, ac muneribus Lauretanam ad Virginem destinat. Munera fuerunt, mantile egregie opere, ingentes cerei, argenti vis non parva, arcus, & phærastra præclara cum figuris, non tam pretio quam donorum novitate, donantisque admiratione grata, & accepta. Erat illa repèstare Laureti præses Gaspar Doctor Venetus. Is cæteris donis super aram positis, arcum, phætraque suspendi in sacrosanctæ Cellæ vestibulo jussit, rei ad posteros monumentum. Attulerat is, quem dixi, Bassa Libertus miraculi testimonium, chirographum Patroni sui. Quod Gaspar ex Arabico in vernaculam linguam conversum ad Posteritatis memoriam asservari voluit. Id autem Latine versum erat ejusmodi. Quod bonum, fortunatumque nobis esse velit; magnus, ac misericors mundi Dominus. Cum mihi ipsi divini.

L.B. Theat. vit. Hum. Tom. V.

quis quidam evenit, Ego Corcut. Bassa (ne meo desini officio, tantæque rei monumentum aliquod posteris extet) rem B omnem ordine exponam. Ortum erat atrox apostemata nobis in pectore, jamque haud dubium imminere exitium; cum desperata à Medicis salute, meus me servus adit, & sanè fidenter; si mihi libertatem polliceris (inquit) Dei me Matrem exorabo, ut pristinam tibi restituat valeducinem: Itaque ego confestim, accessito tabellione libertatem ei repromisi, si ipse promissa præstaret. Extemplo servus posthinc mihi genibus, & quadam super se signa duccens manu, rogavit, ut semet verbo præcunte sequar. Inde ipse prætre his verbis cepit. Ego Beatæ Mariæ Lauretanæ opem imploro. Momenti obsecutus, triduo post, Deo favente, convalui. Ego servo, in libertatem vindicato, hoc chirographum dedi cum votivis donis, quæ mea observantiæ, gratique animi monumenta sint, Beatæ Mariæ parenti præpotentis Dei, qui nos salvos velit.

AB ALIIS VIRIS ILLUSTRIBUS.

Nec miraculis magis, quam muneribus Lauretana Domus Julio III. Pont. Max. illustrata.

Cardinalis Augustanus vestem auream opere præclaro: F monile ex unjonibus centum quinquaginta, certa per intervalla aureis distinctum globis, ad hæc aureum numisma pendulum gemmis, ac margaritis insigne Lauretanæ Virginis donum tulit.

Card. Cæsius aræ ornatum argenteum.

Carpenfis eximium Episcopi solemnî ritu divina officia celebrantis amicum ex veste Attalica. Item alterum ex veste argentea auro crispante discretum.

Card. Medicæ (qui postea Pius IV. Pontifex fuit) aræ vestem ex textili auro.

Bernardinus Sanseverinus, Princeps Bisiniani, effigiem suam à pectore expressam ex argento, ingentis ponderis, aræ insuper, & sacerdotis ornatum ex holoférico villosò coccineo.

Hercules Dux Ferratiensis aræ, sacerdotis, ministrorumque solemnî pompa, rem divinum celebrantium præclarè ornatus ex veste Damascena, ingentibus aureis floribus intertextæ.

Vidobaldus Urbini Dux aræ pariter, ac sacerdotis amiculum ex Attalica veste.

Dux Gravina ex eadem materiæ sacerdotis ornatum.

Prærex Neapolitanus & sacerdotis, & ministrorum solemnî more sacrificantium vestes aureas opere Phrygio conspicuas.

Mantuanus Marchio eorundem ad eundem usum vestes argenteas.

Portia Cælia pluviale aureum.

Vxor Comitissæ Palenæ in Samnitibus monile ex auro, margaritisque.

Constantia Leiva Hispana coronam auream libralem.

Insigne etiam donum è Germania missum à Ferdinando Rege Romanorum, argentea Beatæ Virginis effigies sesquipedalis pondò xxxl. cujus genibus ad voluta est Anna Bohemiæ regina ex argento. In basi titulus duplex, alter à fronte.

SERENISS. AC POTENTISS. ROMANORUM, UNGAR. BOHEMIÆ REX, ARCHIDUX AUSTRIÆ, ET CÆTERA. FERDINANDUS.

HANC ARGENTEAM EFFIGIEM D. VIRGINI OFFERENDA TRANSMISIT. AN. M. T.LII. MENSE MAJO.

Alter portò titulus à tergo:

FERDINANDUS ROMANOR. UNGAR. BOHEMIÆ REX, ARCHIDUX AUSTRIÆ, ETC.

EX VOTO SALUTIS IN MEMORIAM DULCISSIMÆ CONIUGIS ANNÆ, HANC IPSIUS ARGENT. EFFIGIEM MARIÆ VIRG. DEDICAVIT, CONSECRAVITQUE.

fixum haberet, Lauretanam Virginem aliquo dono colere quotannis. Idque, quam diu vita suppeditavit, impensis etiam fecit, quam statuit. Argentea Christi crucifixi effigies præclara, cum ingenti curce ex ebene, candelabra quatuor sequibubitalia ex argento perbene facta, solemnes Episcopi Sacerdotis, ministrorum, atque vestes, ex auro, argenteoque bifariam crispante contextæ, & Phrygio insuper opere insignis, amictus quoque aureus Beatæ Virginis mirabili arte conspicuus, alia portio aræ thoralia, & factorum calicum opere Phrygio, gemmis, auro, argenteoque distincta, Johanna Austriaca sunt munera. Nec in irritum pie mulieris preces, donaque cecidere. A peregrinatione Lauretana, ex conjugis stirps ei vitilis fuit, maternæ pietatis effigies, in spem paternæ, ac penè regie ditionis genita; quæ matri aliquandiu superstes popularium suorum animos ad spem haud dubiæ felicitatis exerebat. Cæterum subinde mater exstincta, & arcano Dei consilio matrem impubis filius secutus Hetruriam implevit mœtore, iudicium. At Johanna Austriaca non solum factio rem Lauretanam ornavit, sed etiam exemplo.

Haud ita multo post Margarita Austriaca (ut in eadem familia non magis virtutis ex viris, quam ex mulieribus pietatis exempla paterentur) Caroli V. Imper. filia, eademque Octavii Farnesii Parmensis Ducis uxor, Lauretanam Virginem adit cum egregia nobilissimorum Procerum manu. Ibi Confessionis, Eucharistiæque mysteriis ritè perceptis, totum triduum divinis in templo officiis semper interstitit: in augustissimo sacello haud diutius, quàm enixus Deo, ac Dei Matri supplicavit. Ingentique auri viam arcam conjecta, B. Virginem se dignis muneribus coluit.

Polyxena Parnestiana Proregina Boemica S. Gerionis Thebaorum Ducis caput, præclara inclusum theca, Lauretanæ Virginis donum misit. Theca argentea auro interlita, & egregie facta S. Gerionis loriciati speciem reddit à pectore: & lorica est argenteo, auroque conspicua, caput martyris geminata redimitum corona. Huic subjecta basis ex ebene, argenteoque sacras Thebarum martyrum reliquias crystallo inclusas ostentat: votivum donum esse constat à Polyxena Proregina pro salute viri sui recuperata, Virgini reddi-

tuum. Princeps Vastalle binas effigies aureas, alteram suam, alteram viri sui cum duobus cordibus aureis sex pondo B. Virgini dedicavit.

Maria Boadilla tiremem cum B. Mariæ Lauretanæ effigie sublimi, ex lamina pressam argentea.

Princeps Casterveterani Uxor crucem auream, mole quidem exiguam, sed materia nobilem, quippe sex Adamantibus auro illigatis nitet.

Ducis Nivernensis Uxor bina candelabra argentea benè facta pondo librarum octo per conjugem suam Virgini donum misit.

Hieronyma Spinula ornatum aræ ex veste Damascena violacea, auro conspicuum, binofque urceolos cum suo pollubro ex argento pulchre, scitèque factos.

Violana Farnesia bina candelabra argentea egregio opere.

Salustia Crescentia Romana amiculum B. Virginis argenteum stellis aureis illustre.

Principis Bifiniani uxor Draconem aureolum gemmis distinctum clarissimis, pretio septingentorum ferè aureorum.

Justina Vicecomes aræ vestem ex auro, argento, sericoque subilem, pictam opere mirabili, novoque. Nam continuatis, invicemque implexis aureis, argenteis, sericisque verticoloribus filis totum opus per, nullo substrato, adminiculoque sultu ac pertextur, vacuis in medio spaciis relictis: vulgo punctum in are appellat. Opus reconditi artificii, ac laboris penè infiniti. Hoc igitur opere tota illa, quam dixi, aræ vestis perfecta est. Quindecim imbi B. Mariæ Rosarii mysteria scitè expressa videntur, quadratis inclusis spaciis: alteriusque ingentibus floribus distincta, velut opere scutulato, ac ne inania sint vacua illa operis spacia, tota vestis argenteo textili subfuta intermitit. Id verò (si fame credimus) Vicecomitis matronè nobilissime non donum modò, sed etiam opus fuit, quanquam complura esse nobilium foeminarum munera, quæ earundem etiam opera sint, satis constat: calicum præcipuè factorum velamenta, & B. Mariæ amicula.

Itabella quoque Consobrina Ducis Sabaudia conjux, D. Sylvestri N. donum misit, sua (ut ferunt) elaboratum manu, sanè egregium, aræ, Sacerdotis ministrorumque solemni cere-

monia operantium vestes ex serico, auroque contextas, opere B. novo, ac mirabili.

Jacoba Dux Cliviz, Badenis Marchionis germana foror torquem aureum, globo ex Pyropis, adamantibusque pendulo insignem, Lauretanæ Virginis donum misit.

Cæterum, Christiana uxoris Magni Hetruriae Ducis adventus, vel pietatis, vel munificentiæ argumentis maxime insignis fuit. Hæc cum regali penè comitatu Lauretum petens, ingentia secum dona attulit. Attamen Christiana pariter modesta, & S. Francisci memor, vulgarem vestitum cineris adamavit, aurum, gemmasque deposuit, ut cælestis Regina, cui sciebat cordi semper fuisse paupertatem, illa cultus simplicitate caperet oculos. Et Domina exemplum apud ancillas, matronas, affectas, ipsosque corporis custodes valuit. Omnes Lauretanæ peregrinationis comites, modestiæ quoque, & coloris focii fuere. Nec Clemens Pontifex insigni clarissimæ femina pietati desuit. Transfrensi per Pontificie ditionis oppida, ubique lauditer præbitæ regio apparatu, quacuonque incedebat, non magis vestitus tenuitas miraculoratur, quam eximia pietas exornat, utique posteaquam Laureto propinquavit. Quippe ubi primùm Recinetò egressa, procul Lauretanæ Basilicæ recta contempsit; consensit lectica, qua vehabatur, exiit, procumbit in genua: Beatam Virginem salutatur de via, nulla affectu detrahente pietatis officium, quod Domina occupasset. Inde pedibus cum Episcopis aliquos, cæteroque comitatu Lauretum ingressa, ad B. Mariæ processit. Eadem, ibi contempto pulvino, cæteroque apparatu, in sacrosanctæ Domus vestibulo genua submitit venerabunda. Hortantibus certatim Episcopis, ipsoque Cardinale Gallo, ut ipsam Desparæ Cellam intraret, nefas esse respondit ante noxas sacra confessione absterfas, augustissimum illud limen intrare, & os suum sanctissima Virgini ostendere. Nec ullæ citiusquam preces de proposito eam deducere potuerunt, adeò rara in ejus mente infidebat religio Lauretanæ Domus. Tandem igitur animo ritè expiato, cælestique dapre refectò, sacrosanctam Cellam ingreditur. Creverat pietatis ardor, ut sit, injecta mora. Ergo B. Mariæ visendam, salutandæque studio accensa procidit supplex: ibique impensis precibus plures abstulpsit horas. Neque id semel fecit, sed toto triduo, tandiu enim Laureti subsistit. Quo quidem tempore adeò gerat in templo assidua, sacrilique intenta officis, ut eam in templo habitare crederes. His pietatis indicibus pari munificentiæ respondit. Sub digestum pueros cum donis regalis opulentia misit in templum. Altarium, Sacerdotis, ministrorumque solemni ritu operantium vestes inter dona erant, auro, argenteoque trilarium crispante, mirabili opere, artificioque perfectæ: super hæc aræ thoralia, & materia, & opere maxime insignia. Quippe totum penè eorum spaciū occupant, Prophetarum, Sibyllarum, Apostolorum, Evangelistarum imagines egregiæ, scitè insertæ ramuliculis, floribusque: opus autem univèrsū acu mira proflus arte depictum, affirmare ausim, vix quicquam in eo genere artificiosius, preciosius, admirabilius uspiam factum, satis constat ejus manu precium ad octo aureorum millia pervenisse. Eximia factorum calicum velamenta, aliaque generis ejusdem in doni cumulum accessere.

Quæ porro historiam, & venerationem sacra domus Lauretanæ contingunt, videtur apud Horatium Turfellinum in memorata illius historia descriptione.

MONS GUARDIÆ H

Propè Bononiam S. Virgini facer, & miraculis coruscus.

Neque solum Lauretanæ domus venerationem, cultumque Italia habet, sed insuper complura Virgini benedictæ dedicata loca exhibet, in quibus illa ut est, in omnes beneficia, & pia misericordia lux viscera aperit indies, seque devotè visitantibus propitiæ adfistit. Celebriora urbis Romanæ adduximus in Titulo de Imaginibus sacris ejusdem Virginis. Post eadem autem Lauretanam, mons Guardiæ, haud procul à Bononia, in cultu, & veneratione Desparæ jam olim fuit, ex quo illius Imago quàm S. Luce penicillo efformata fama vulgavit, Constantinopoli huc translata fuit. Historiam rei *Alejanus Persius* accuratè descripsit, quam ex eodem in compendium retulimus. Quo tempore Orientis Imperium Comnenus Manuel: Occidentale Fridericus cognomento Anobarbus, obtinebat, vir quidam in Græcia fuit, vitæ innocentiæ, ac religione cum primis venerandus: omni quippe, ut divinum numen sanctus colere, vitamque ab omni noxia labe puram exigere possit, cum

dum in sola, ac deserta secessit loca, ubi diu auferret admodum, ac durè vixit. Hic aliquando Constantinopolim profectus, ubi ipsam inivit urbem, rectè in Fanum S. Sophiæ tetendit, in quo veneratus Deum, iustitiam templum oculis, quæque in eo digna visu cernebantur, contemplari cepit. Ibi inter multas tabula visibatur, in qua imago inerat Virginis Desparæ in ulna puerum genentis, umbellico tenuis picta. Subtus autem hujusmodi legebatur inscriptio:

TABULA HÆC LUCÆ EVANGELISTÆ MANU PICTA, IN FANUM EIUS MONTIS GUARDIÆ INADIFICATUM FERENDA, IBIQUE SUPER ALTARE LOCATA SANCTISSIMÈ COLEANDA.

In hac ergo defixis oculis vir solitariis, mira que imaginis ejus reverentia, ac religione ipsius animum subeunte commotus, eam pronus adoravit: dein literas legit. Quæ ubi hominem licet incenderunt cupiditate cognoscendæ, quibus ille foret locus, in quem transferri imaginem jubebant, ejus sani Sacerdotis de ea re continuo adit, à quibus ita responsum, se à parentibus accepisse, eam tabulam summam semper religione habitam, eoque literas ibi diutissime fuisse, nec dum tamen, cum de monte Guardiæ perquisitum sedulo foret, comperit esse quiddam. Tum ille iis ultra pollicetur, si fibi tabulam concedere velint, iterum se usque eò peragraturum orbem, donec ad eum ignotati diem reperiat locum, ubi ipsam deponat. Mirum sanè, & vix dignum fide. Sed quid non facile credas B. evenire posse auctore Deo? Imperat continuo hifce dictis hominem ignotus, ignarusque loci, tabulam illam, ne novissimo quidem, gnarusque loci facile committendam. Esti, uti notus necne ille fuerit, haud nobis satis constat; sic contra, cognitum fuisse is præclara vita sanctissima; Græcum præsertim Græcis, longè vero similia nonnulli putant. Ergo ferunda illi conceditur tabula, quam in pericula, que ipsi sub alia pendebat reconditam, diligenterque prius obvolutam, consultatis is lætus inde in Aveth, & erabundus alias, & alias Regiones perquiri donec in Italiam traiciens, imperat tribus à Bononia milliariibus hanc montem situm esse, atque in eo jam olim fanum D. Lucæ factum. Igitur Bononiam accurrit, literas Magistrali reddit, & peregrinationem suam, ac imaginis sacrae aportate narrationem orditur.

Commoti mirum in modum eo spectaculo fuere cunctorum animi, quævis una factum quendam horrorem, mistamque læticia reverentiam incullit, universamque extemplo urbem, ejus rei pervasit rumor. Quippe omnium ordinum cives pictam tabulam, non ut ab homine oblatam, sed tanquam de celo cernentibus ipsi, & venerabundis, atque exultantibus excipiant. Indè hinc mox triduo supplicationes, quas amplissima pompa obire, cælestis illud donum, per urbem circumlatum festo cantu, ac palmis concelebrantes. Tertio in vesperum declinante die sequentissimus populus perperatis supplicationibus Tabulam usque ad montem Guardiæ profectus est: quam in templo, quod in ipso montis cacumine S. Luce titulo positum erat supra aram, ut scripto monebantur, ritè collocarunt, Eremitæ, quem singulari humanitate publice, & privatim exeperant, si hoc quod supererat vitæ tradere vellet, ubi haud ipse minus quàm in Græcia, si videretur solitudinem colere, atque ipsam etiam accollere imaginem posset, in eodem monte domum, qualem optasset sibi, inadificaturos polliciti: At ille, cum iis egisset gratas, se, quem sanctè susceperat, perfectè, familiarem suum Græciæ cecessum, fortasse eodem divinitus vocatus, repetivit. Ipsi curam imaginis, mulieri Civis, quæ Angelicam vocabatur, eundem hunc cum focis mulieribus, religionis studio incolentem locum permittunt.

Cæterum imago in penetralibus, edito parietis posita loco; ita ut Aræ ejus Principi, à qua paries ipse perangulata intercedere sequebatur, impendat, scalis utriusque lapideis aditur, higneque perelegant atque egregie dicto armatio, sive, ut vocant, tabernaculo conclusa, reliquis eam ambientibus Sanctiorum compluribus, variisque ornato decorato, religione maxima custoditur, hæc minore ostenditur, plurium tutelæ clavium commendata.

Ad urbem quotannis, ob solemnes trium dierum supplicationes, quas Rogationes appellamus, deponatur. Ibi que Cleri, cæterorumque ferè Civitatis Sacrorum Ordinum, devotorum item (videlicet laicorum sodalium, qui supplicationibus sub propriis infracti vexillis ingrediuntur) longis agminibus, nec non artium, que in urbe exercentur, Collegiis spectabili pompa præzuntibus; Magistratibus subsecquentibus, reliqua comitatur. L. B. *Totat. vit. Human. Tom. V.*

tante Civitate per tres dies matutinis horis ad delubra certa E ferri solet. Exportatur præterea, atque in urbem deferunt, noxia impensè frugibus, humanisve corporibus cœli intempérie, grandine, aut alio præsentè imminente malo, sanctiores populo comprecationes indicente.

Quamplurimis, ac propè innumeris miraculis fulget. Ea quippe votivis oppleti parietes tabellis, cereisque, argenteis, atque aureis etiam donariis affatum indicant: quæ vix illi capiuntur est tam multa desiderantur tabellæ (ut cætera taceam anthemata) quæ in transitu Borboniano, vallante omnia ejus exercitu, à Germanis Iconomachis refixæ, atque igne absumptæ magna templum ex parte denudarunt. Quæ jactura priorum ferè omnium ejus imaginis miraculorum, intermorta memoria est.

Summæ ejus templi religioni satis illud argumento sit, quòd in solo situm loco, nec urbi propinquo admodum, quo etiam clivosa contenditur via, nihilo tamen fecius, quàm si in media sit urbe adorantium in eo quotidie, ac sacrificantium, aut aliquid pie agentium (qui undique confluant) cursu frequentatur. A summis verò Pontificibus, aliisque Ecclesiæ Præfidiis unicuique eum locum pie invidens, liberales peccatorum indulgentiæ concessæ fuerunt.

ÆDES ANNUNCIATÆ VIRGINIS FLORENTIÆ.

Etiam in Hetruriæ metropoli, peregrinantium vota innumera sanctiss. Virginem summam veneratione ab omnibus colendam proponunt. Fuit hic pictor celebris, pietate in Virgine notissimus: qui Gabrielcm Archangelum, filii Dei incarnationem, Mariæ divino jussu annunciantem, coloribus quam affectuosissime exprimit, in optatis, immò & votis habebat. Angeli vultum præclara sanè, ut accuratius aspèctantur, industria, jam expinxerat, & efformarat. Virgo tota pulchra, tota sine macula, immò mulierum omnium pulcherrima, deinceps expedienda, colorumque lituris representanda, restabat. Quid porro artitex, hærebatur anxius; nihil aliud, quàm summam Virginali vultui venustatem, pro suo in Dei Matræ affectu indere, & ea, qua Dei filium utero concepisset, vultus, & faciei constitutione, & habituque quodammodo animatum ante oculos aspèctantium collocare fatagebat; quam ab ipsa gratiam, & facultatem, unice suspirando, & anhelandò deprecabatur. Hifce diffensus curis, gravi fopore stimularum quinquæ potius premitur, & obruitur, necius quid exinde consecuturam: mora demum per exigua interiecta, expergescit, cernit in tabella sua, solo antea colorum fundamento strata, & ad pingendum parata, omnium formosissimam Virginis speciem, humana longè augustiorem, nec humano, sed Angelico planè artificio, ac penicillo, tam brevi temporis intervallo elaboratam: obstupescit; Domestici rerum gestatum consilii, mirantur, & rem aliis manifestant. Miraculum panditur: celestis, videre erat, non humana manus, artificem probebat; oris lineamenta concurrentes ad spectaculum in summâ admirationem, atque stuporem, rapiabant. Ad factam igitur eadem, cælestis pignus, ritu solemni, & conditò Archiepiscopalis deferretur: incipiunt coruscare miracula, quæ hodiernum in diem, sacrum illud, & Angelicum Cimelon incredibili veneratione bono continuantur. Refert *Aut. Spinellus in Annal. Hetruriæ.*

OPPIDUM MONTANI IN SABAUDIA, Veneratione, & Miraculis Desparæ illustre.

Stuporem omnem, & admirationem superat, quæ de Virgini imagine, innumeris anno 1495. in Sabaudia miraculis effulgentente, scriptis consignavit scriptor Mercurii Gallobelgici lib. 14. ad annum 1595. Quidam, ait in oppido Montani (uti 15. Septemb. Veneti scribunt) ausus est stricco gladio statuum B. Mariæ Virginis ferire: è vulnere mox sanguis effluxit. Quo cum multi cæci, surdi, & qui aliis vitis, & morbis laborant, sanantur. Qua re motus Emanuel Sabaudia Dux, eò peregrinationem suscepit. Hæc ille.

Extimo autem, hanc eandem esse imaginem, de qua vir quidam magni nominis, hunc in modum, nobis Spira, mensè Decembri proximè tranfacto perscriptis. Quid, inquit, vos de illa D. Virginis imagine, puerulum Christum ulnis tenente, quæ tanta, & tam multa, in Pedemontana regione Miracula patrare scribuntur? inaudita sunt ferè, quæ narratur, inter alia hæc: Impius quidam, cum de dicta Imagine, & alii, quæ ab illa fieri dicebantur, audisset, ut illuderet ei, jumentum oculis

eo adduxit, visum illi restitui peturus. Omiraculum. Bestia
A lumen redditor, illusori adimitur.

Aliud. Mulier ut sanitatem corporis, quam amiserat, recuperaret, vestes suas deferens, ei obulit, fanitatem recuperavit. Post pernituit eam oblationis, doneque mente & voluntate repetebat: & ecce omnia illi divinitus restituntur, dona scilicet, atque gratitudo.

Pedemontanus quidam hereticus, equo illac iter agens, forte fortuna, aurigam quandam obvium habuit, vehementer lacres. Rogat, quo lapides vehat, respondit auriga: ad hunc sacrum locum, ut D. Virgini templum edificetur. Quin potius inquit ille, ut hara porco. Vix locutus erat, cum terra dehiscens, equum, & fessorem collo tenus absorbit, totumque triduum ita dermersum retinuit, quousque iteratis precibus, ad eadem Virgine superis restitutus est. Rumor horum miraculorum late increbuit, ut viginti hominum millia, saepe simul eo conflant.

Virgines trecentae monte Serrato albis indute vestibus, & nudis pedibus, eo nuper profecta sunt, vossique ibidem petatis, varie infirmitates curatae sunt eorum, qui hanc virginum turbam sequebantur. Die Virgini Mariae sacro, jam nuper octuaginta hominum millia, ad hanc imaginem peregrinatum convenisse feruntur. *Hoc ille Spirensis*. Scribimus haec, non iis, quibus Deus, aut omnipotens non est, aut nihil facere debet, nisi quod ipsis decorum videtur, credentes Sanctos esse mortuos, & Deum nullam eorum habere rationem: saluum esse quod Christus dixit: Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus. Quando? in vita? minime: perisemata enim haec sunt, & purgamenta hujus mundi: sed post mortem regnant in oculis una cum Deo. Sed iis scribimus haec, quicredunt, Deum posse operari, quando, quidquid, & per quod ipse vult: qui honorati Sanctos suos, coeque a nobis vult honorari. Huculque supradictus auditor.

MONS SERRATUS IN HISPANIA.

Celeberrimi toto orbe Montis Serrati, haud procul a Barcinone, cultum, devotionemque silentio preterire non possumus. Cujus encomium intencens. *T. Casius l. 5. de Deipara c. 24* ait: Primas tenet quod in monte Serrato templum est Hispaniae ceterioris, & ad Laurentanum, omnium non templorum nisi fallor celeberrimum, videtur accedere, five miraculorum magnitudinem, five peregrinantium concursum, five religiosorum hominum illic degentium sanctitatem, & erga exteros hospitalitatem considerare velimus. De hoc monte *P. Ribadeneira l. 1. de vita Ignatii c. 4* ita scribit. In Hispania clarissimum habetur D. Virgini Patrocinio mons Serratus: is locus itinere unius diei Barcinone distat, inquit Ribadeneira, estque peregrinio Benedictinae familiae cœnobio, & religionis causa eo confluentium concursu maxime celebris: *de quo haec Hieronymus Paulus* in suo de Fluminibus, & Montibus Hispania commentariolo. Serretus, quem & Serratum vocant, mons est finibus Leletanorum in Laccetanis: olim profanis Deorum cultibus dicebatur; de quo quadam haud indecenter enarrare lubet. Mons ipse non modo in Hispaniis, sed ubi vis Provinciarum Latini, Christianique nominis fama pernotissimus est: situs, & religio efficit, distat a Barcinone circiter XXX. millia passuum, tantumdem mari remotus, &c. Et, cum cernentibus inaccessibilem offerebat, benignum tamen aditum circuitus tribuit; exteriis autem praeruptis, excessisque faxis ita undique in graduum, & serrae similitudinem, & ex ordine compositum est, ut prudenti opere naturam ipsam, aut mundi hujus

D opificem montem ipsum nescio quid fieri nominis ostentante suo celeberrimo cultui extruxisse credamus. Religionis ejus auxeriticia, quod supremae Virgini facer sit ob vetustissimum ipsius simulachrum abditissima spelunca divinitus adinventum. De quo, si pro materia diceretur, grandè effet profecto opus: ideo relinquendum. Ultra montis medium ara Virgini extructa est, & augustissimum templum. Via quoque ascenduntibus non exigua, laborioso accolarum cultu, regni que sumptibus coacta est. Audierat prima manu opus, mox absolutum. Caecamina praeterea montis, religiosi habitantur viris, quos Eremitas appellant, lignisque gradibus & exemptilibus scalis ad pendentia saxa, ad motus non sine vastae sublimitatis terrore, ac caesus etiam periculo aduentur. Ascendentibus ne decident, remedium est, curiosos scandere; & ne ima despiciant. Eremiticola ipsi cœlibes, ac spretis libertatis male caris operibus ecclesiam venerantur. Templum, quod diximus, cera argenteoque atque auro confusis per orbem donatis onustum est. Cujus veterissimi tholi fastigio, miranda,

Virgine opus miseris, agrisque mortalibus praestite, testes appendent statuæ, & depictæ imagines, catenæ, loricae, clypei, & rostra carinis erecta, atque alia liberationis, ac victoriae monumenta. Quodque omnium maximum est, reviviscentium hominum funebria vestimenta superate naturæ magnificentissimum spectaculum. Solvuntur vota fœta Id. Serepremb. numerosa populorum usque ad intermicionem profusa.

De eodem monte sic scribit *Lucius Marinus l. 4. de reb. Hisp.* In monte, quem Serratum vocant, apud Barcinonem, B. Mariae Virgini assidue miracula multa, divinaque mysteria summa cum veneratione celeberrima cantat Ecclesia. Dominus est, in altissimo monte sita, & in amenissima convalle, & altissimis rupibus adhærens, & a multis non solum Hispania populis, sed etiam ab externis gentibus, & peregrinis frequentata, quæ supra se, & in altioribus locis, monisque jugis domunculas, & adiaculas habet, in quibus religiosissimi Deo serviente solitariam vitam agunt, qui se aduentibus fermocinantur, & sanctissime consulunt. Hæc præterea domus quamvis parva, cubicalia tamen habet, & hospicia, in quibus Reges, Duces, Marchiones, Comes, & Equites separatim recipiuntur. Hujus autem sanctissime religionis, & devotissime domus ordinem, divinaque mysteria, multaque miracula, quæ magno indigent volumine, causa brevitatatis omittimus; quoniam sunt ab aliis auctoribus commemorata. Hæc Marinus.

PEREGRINATIO AD EUNDEM, ET PRIMÆVI CULTUS ENARRATIO.

Ad hunc montem, opis à Deipara impetrandæ gratia contulit se B. Ignatius Loyola, periculofo ex morbo recreatus, & in posterum non mundo, sed Deo militare institutus; novè enim militie in hac sacratissima domo rudimenta ponere voluit. Ergo ut in montem Serratum veniret, ibi optimo Confessariototius vite sue crimina per triduum ex scripto confessus est, illique homini omnium primo animi sui propositum aperuit: iumentum reliquis gladium, pugionemque quibus mundo mereretur, ante aram Beatissimæ Mariæ appendi iussit. Prædie vero ejus diei, qui hominibus Verbo Dei incarnato salutis initium attulit, Anni 1522. noctis tenebris reclus, quam occultissimè potuit, ad mendicum quandam, pannosumque hominem G adit; suas vestes sibi detrahit illi dono dat; ipse vero optato illo suo vestimento induitur, & ad sacram divinam matris aram confisit. Cum autem in profanis libris legisset ritum, quo novi milites olim inaugurabantur, ut ejus ritus in genua procumbens, toram noctem illam coram beatissimæ Dei Genitricis imagine insonnem duxit, se illi commendans, sua flagitia deflens, meliora animo concepit. &c. *Ribad. l. 1. de vita Ignatii.*

Sanè ex quo Despairat Virgini imaginem Incolæ hoc loco collocatam invenerunt, etiam priusquam Catalonia anno 714. à Saracenis cum reliqua Hispania fuit subacta; quamvis multo ferventius post eandem per Carolum Magnum pristinæ fidei, & obedientia reddita; certam huc sua vota detulerunt, præsertim cum Imago ipsa tempore Saracenorum in specu abscōndita, nullam sui memoriam tenueret, jamque illius veneratio evanisset, nisi cœlitus demonstrata fuisset. Cujus rei historiam ita describit idiomate Gallico *Matthæus Oliverius*. Anno inquit, circiter octingentesimo, & LXXXIII. septem Pueri opulentes, aliquot diebus Sabbatis post solis occasum custodiens vigilas noctis super argem sibi commissum, videretur aperuisse I. foribus prodire chorum H confusantium luminum, quorum radiis tenebræ omnes illustrabantur, cumque descendere usque ad specum aliquem inaccessum versus orientem, circum quem Angelicam quandam symphoniam perecipiebant, reique novitate perculli, p amentibus, & noctis quidquid rei erat, vulgabant. Audierat Parochus territorii, qui re penitus examinata, & explorato eo, quod à pueris significabatur, Episcopo denuntiavit. Hic comitatus non paucis è clero, & populo, die, & hora, qua ista representabantur, locum adit, & ex ordine deprehendit ita se habere, quemadmodum jam crebris testibus, fama que dicendat. Et il-lucente Aurora Dominicana, asperas rupes scandendi rationem vestigat, tandemque his superatis ad specum venit tot luminibus, & celestibus hymnis decoratum. Et ecce apparat ad introitum icon virginis Deiparæ, eadem quam sollicita accolarum devoto provide ibidem reposituræ, & cognovit Episcopus

copus

copus tam luminaria, quam Psalmodym, Angelorum Regiam nam ab Angelis fuisse delatam. Igitur sacram imaginem amplectitur, & in ea Dei Matrem veneratur, indicatque solemnem processionem eam transferit, omnibus stupentibus, Deique magna predicantibus. Cum autem ad eum locum perventum esset, ubi hodie Cœnobium Benedictinorum videtur, omnes immoti subsistere, nec loco se movere, miraculo attonitis Antistes hunc locum suæ venerationi cœli reginam prelegisset intellexit, idèque suam imaginem in Sacello, quo jam olim illius cultui ibidè edificaturus fuerat, collocat, ejusque curam vicino Parocho mandat.

Dum autem hæc aguntur, admiranda quadam evenisse perhibentur circa Eremitam quandam Fratrem Joannem Guernicum, quæ verbis comprehensa, præsentibus subicienda judicavimus, cum etiam illorum, quæ paulò ante tradidimus memoriam refricent, dummodo tamen pauca ad eandem rem spectantia præmisserimus.

IMAGINIS SACRÆ TRANSLATIO, ET VOTIVA DONA ILLI DEDICATA.

B Simul ac imago hæc pristinae devotioni restituta fuit, & Sacello, de quo paulò ante dedicata, crebris miraculis, & hoc, & illam illustare voluit bonorum omnium largitor, quibus excitati ex toto orbe magna devotione voti causa eo accurrerunt fideles, quorum munificentia monasterium Virginum ætate ordine S. Benedicti, quod tamen anno nongentesimo XVI. mutato sexu, viris ejusdem ordinis obtigit; quod Comes Barcenonensis erigere cœperat, ea sumptu incrementa, ut vel celebrioribus Hispania annumeretur. Templum autem vetus, in quo annis pœc. & XI. imago fuit custodiata, angustius erat, quam ut peregrinantes caperet. Quo factum, ut novum cœptum sit edificari priore longè capacius, & splendidius, quod anno demum nupero M.D.XCII. completum fuit, & septennio post præfente Philippo III. Hispaniarum Rege, in illud introducta solemnium cum pompa, & omniumque applausu, miraculosa Imago, ac collocata in Sacello, & altari eidem destinato, ad ejus sumptum, & ornatum præfatus Rex, quæ erat erga B. Virginem pietate, per Quæstorem fuorum consignaverat summam viginti quinque millium ducatorum.

Quantis ergo donis, & sacra supellectili paucorum annorum intervallo, tam Principum utriusque ordinis, quam inferioris sortis Fidelium munificæ pietatæ Sacellum hoc cumulatum fuerit, dici vix poterit. Omnes enim certam hic religiose beneficentia testimonium aliquod extare voluerunt, sic ut jam anno nupero M.D.C.XVII. inter alia sacra pignora numeratæ sint XVII. lampades argenteo celatæ, quæ nocte, dieque lucent; idque ex liberalitate Adriani Papæ VI. Caroli V. Imp. ejusque filii Philippi, Ferdinandi Regis Aragoniæ, Joannis Austriaci, & aliorum Principum, quos tamen hic superarunt Serenissimi Albertus, & Isabella Principes Belgarum, missa lampade astituta ad ter mille, & quingentos coronatos, pondere, & opere ceteras excedens. Præterea indumenta ad officium divinum, & ut ipsius imaginis: torques, ornamenta, & reliquam Sacelli, & Aræ Virgini dedicatæ supellectilem vix ullo pretio coequandam.

MIRACULA HIC PATRATA.

Si admiranda omnia, quæque supra hominum potestatem, & fidem sunt miracula SS. Virgini patrocinio hic à Deo patrata, enumeret, quis voluerit, integrum codicem requireret, D ut illustriora, & quæ omnium assensu magis nota, & publica posteris tradatur. Nam præterquam quod definiti nequeant, quæ indies ut jam olim frequentissima fieri deprehendantur, quæque in nullis codicibus, fastosque relata hæctenus; supra quadringenta monumentis tradita reperiuntur à Martino Oliverio Religioso ex Ord. S. Benedicti ejusdem loci, ubi præter fanitatem, & curationem desperatis morbis, ac vulneribus redditam, membrorum restitutionem, organorum sensibilem usum, utrumque, periculum depulsionem, aliaque merito recensenda, quinqueaginta, & octo mortui vite redditu perhibentur. Qui autem horum seriem magis in particulari desideraverit, recurat ad historiam præfati Auctoris editam Lugduni anno M.D.C.XVII.

Sed age, carmen ejus supra meminimus in medium profectam, non tam metro, quàm pietate commendabile. *Diferens fructus, & immanitatem Sæculi scorsim venit ad cavernam*

Monte-Serrato celebrem Garinus, Ut bene vivat. Inter excisæ salebrosa rupis Tætqua, divine bonitatis afflat. Aura: nam sacrum locus hic figuram Virgini addit.

Latus etatem peragit Garinus, Et peragisset hænd: sed malignus Non tulit demon, solitaque justum Frænas seffellit.

Barcinonensis Comitis furentem Filiam, sancta pree, quam reduxit, Hanc patris multo monitu Garinus Sedulo servat.

Venit, & falso simulans amicum, Excitat castro furialis ignem Pœtori demon sovet, & frequenti Fomite complet.

Deperis: non vis: iterum puellam Deperis: tandem, quid agis Garine? Non sat est castam violasse? curbane Ipse trucidas?

It tamen Roman scelerum Garinus Imperaturus veniam: Comesque Filiam quærens, vociansque frustra Tristis abiit.

Præfati post hæc humilis Garinus Paret, & flexis genibus, jacenti Ore, subnixus manibus rediit Ad juga montis.

Quodque peccarat grave panitendo Crimen absergit, hinc, & suritque, Effluit, frigit, spoliat, hirtis Pellibus horret.

Nesciens, hirtum Comes ut Garinum Vidit, abduxit velut insolentem Belluam, ludens suus urbs ad hirtum Tota Garinum.

Tunc Deus sacram voluit figuram Virgini coram dare, septimumque Ad diem septem pecudum sequaces Mira videbant.

Namque sub noctem, volucres cadebant Cælitus flammæ, subitque clausam, Quam subintrassent, pia personabant Cantica rupem.

Proximus respicit, videt, adhat, audit. Et suo rotum recitat Sacerdos Præfati: Præfati videt, & stupendo Suasus ab alta

Appetit rupem, capit, & figuram Virgini gestat: sed ad hanc profectus Nunc ubi est sedem, stetit, & coactus Cedere mansit.

Sic ubi nunc est, coliturque imago Virgini miræ, fuit hic reposta, Et salvari penitus favore Miva resurgit.

Interim festam veniens Garinus Ad sui mensam Comitis, trimesstem Audit astari puerum, statimque Sponte resurgit.

Hic, ait, pene modus est, perempta Filla: mirum! Comes huic pepercit Adque defunctæ medians puella Funera venit.

Hinc locum monstrat tumali Garinus, Dumque effugum foditur, puella Surgit effulgens, facili Maria Tuta favore.

Culturi tantum levis irubebat Sælio ferri: pater offerebat Filla spensum: sed (ait) statutum est, Nubere nolo.

Que mibi vitam dedit, hanc Marie Debeo, multis micat hic Marie Gratus: ergo tunc, quod amavit ipsa, Hoc amo templum.

Dixit: & sacris dedit huc puellis Terminos ultra Comes, hujus illa

Nata